

civitate insignem igni ferroque everterat. Ptolemais in annos duos inducias a Sultano consecuta erat. Hanc ut tueretur Nicolaus IV. Papa millicies vexillum Christi vocat, aere suo conductos. Hi ad mille & quingenti fuere. Hos postea multi nullo dato nomine, nullis signis, & auspiciis sequuti, cum Ptolemaida pervenissent, non minora Christianis quam Saracenis damna intulere. Magna inter Christianos de possessione Ptolemaidis concertatio tum orta erat, cum eam Patriarcha Constantinopolitanus, Templarii Teutonici, rex Cypri, Sicilia rex Carolus vindicare anniterentur. Ne quid deesset ad perturbendam Christianorum quietem, inter Philippum Francie, & Eduardum Anglie reges gravissimum bellum exortum est: quae res & Christianos in Asia mirifice perturbavit, & hostibus delendi in Asia Christianum nomen audaciam, & spem dedit. Neque enim reges ipsi Pontifici bene momenti obtemperarunt, nec qui in praesidio Ptolemaide erant, inter se dissidentes vim hostium propulerunt. Dilatentibus enim quotidie multis solitum ad XIII. remansere, qui postea cum patriarcha Hierosolymitano per dromonem ad id servatum, fugientes, primo secunda navigatione usi, tandem sub ipsam Cyprium naufragio periere: Soldanus desertam cultoribus urbem ingressus, eam ferro, ac flamma statim evertit, anno 106. posteaquam a Godofredo capta fuerat. *Platina*.

Afri oram Italiam, insulasque Insuper maris classe assidui, ac praevales hostes urebant. Genuenses, legatione ad Carolum VI. Francorum regem missa, belli Sacri curam multis iam annis ob intestina Christianorum bella intermissam Francis iniecerunt. Borbonius dux de facto bello gerendo ultra Imperatorem ostentans exercitum praefectus est. In hanc militiam nobilitas Francica certatim nomina dabat: ingenique ardor incenserat. Transiit aemulatio virtutis in Angliam. In triennium facta inducie anno 1299. confirmantur. Proceres juvenutis Anglice cum valida manu sagittariorum in Franciam transfusere, consilia communicare, vires, animosque confociare. Superantur Alpes: Iter uno utriusque gentis agmine Genuam. Classen instructam, ornatamque vident: ad Venetia auxilia ad hoc bellum missa, tantis modo Genuensium hostibus: sed in communi religionis causa, gratia reconciliata. Ac ne schismate Pontificio inter Urbanum, & Clementem animi distinerentur, iurejurando inter se adiguntur, nullam mentionem, nullam memoriam fore ceterarum rerum, contentioneve: de solo hoste Saraceno vel tollendo, vel saltem coercendo intra fines Africae barbarie cogituros. Tunetum urbem regiam, caputque Africe cursum direxere. Urbs regia, & egregie tentabatur, & egregie defendebatur. Tandem de compositione agi ceptum. Convenit, ut Afri finibus suis se continerent: abstinerent ora maxima, Italiae Galliaeque, ac insulis Africae Europaque interjectis: captivos Christiani nominis redderent: decem millia aureorum praesentia numerarent. In has leges foedere iclo deportatus Genuam, unde soly erat exercitus: Francique, ac Angli inde profecti, sancta, felicique expeditione potius quam bello, ad suos quisque cum gloria, gratulationeque rediere. *Emilius lib. 9.*

HENRICUS Magnopolitanus, Obotritorum princeps ad novam in terram Sanctam expeditionem (quam Gregorius X. Papa edixerat) anno 1276. cum caeteris pervenit. Ad eum ad praedam exisset, a militibus Saracenorum Soldani captus: per totos sex & xx. annos in servitute permanit. Anatalia uxor ejus, cum ignoraret quid marito accidisset, de consilio patris sui Berniam ducis Sicinienfis Luitgardam F. Prebisdalo duci Gneznenfi deponit. Maritus zelotypus cum nescio quid suspicaretur, anno IX. conjugii eam in cubiculo clam strangulavit: sed vite innocentiam testata sunt ad tumulum ejus facta miracula. Interim pater in captivitate permanit. Ferunt in servitute jam senescentem, interpellatum, a Soldano domino suo, tum primum in eam dignitatem proveccto (erat autem vigilia Dominicae Nativitatis) Velle sine honorem Christi tui, cujus jam Nativitas inter Christianos instans, liber esse? Ad quod ille, In manu tua est, domine, facere de servo, quod voles: verumtamen redire ad meos quis dabit. Uxor mea, liberi mei, jam me dudum inter mortuos deputaverunt. Non est ita, inquit: comperi ex peregrinis tuis gentis, omnes incolentes tuo tabescere desiderio, & ut intelligas, me tuorum natalium, & rerum esse conscium, meministi, cum sub parente tuo in Livonia militares, magistrum quandam machinarum magnam parenti tuo in hostes operam navasse, & magnam sa-

pe in hostes stragem fecisse? Ego sum ille, qui postea inter Tartaros magnam ascensus dignitatem, nunc (ut vides) E majorum in hac gente teneo. Liberum te esse jubeo, daturus etiam viaticum, ob vetus commilitium. Ille gratis adhaesit Ptolemaida navigans, iterum in mari captus, & velut fugitivus reductus. Soldanus reducum iterum dimittit in Cyprium: quo in loco amicum reperit ferunt nuptam regi: quae cum misit ad forem, Massiliam, hinc in patriam. Alii narrant, famulum ei indivium semper adhaesisse Martinum, qui artem textoriam perdidit, in sericis, & auro operatus: dominumque eo labore sustentavit. Ergo cum jam senes multos custodirentur, fuga inita per varios tandem casus Romanam pervenere. Ibi Henricus reperit scribam Concilii Lubecensis, Alexandrum: qui cum Lubecam usque perduxit. Ibi a clero, & populo per aliquot refocillatus dies jumentis, vestibus & insigni familia decoratus, remisit fuit ad suos. Inaudita ibi gaudia filiorum de patre, & uxoris de marito, nepotum de avo, totius populi de principe. *Crantzus lib. 7. Vandal. cap. 34 & 35.*

Mortuo Nicolao V. Callistus III. Papa creatus, bellum Turcis statim indixit: id fecit Pontificatum novissis ostendens suo chirographo, his verbis scripto, quod in libro quodam illius extabat: Ego Callistus Pontifex Deo omnipotenti voveo, & sanctae individuae Trinitati, me bello, maledictis, interdictis, excommunicationibus, & demum quibuscumque rebus potero, Turcas Christiani nominis hostes gravissimos persecuturum. Admirati sunt omnes, qui aderant, quod Pontificatus nomen sibi desumpsisset ante adeptam dignitatem, quodque homo senex, ac ferè decrepitus, tantum animi haberet. Ut autem quod promiserat se ipsa praestare posset, Praedicatorum per totam Europam statim misit, qui omnes Christianos in Turcas animarent, quae facultatum aliquid, & opum suarum ad tantam expeditionem conferrent. Ex his autem facultatibus ad secedim turremes Roma edificatas in hostem misit, patriarcha Aquilejensi praefecto, qui triennio maritima hostium Asianorum vexavit, insulas quasdam cepit, ac magnas calamitates hostibus intulit. Alfonsus rex, & Burgundiae dux, Crucis signum suscipientes, iuros fe quoque in hostem profitebantur, vel armatos milites eo missuros. Verum ut res uno impetu mota est, ita etiam facile refedit, principibus ipsis ob voluptatem, rem tantam, & magnam gloriam parituram committentibus. *Platina.*

ALFONSUS IV. cognomento Bonus, Castellae rex, in Mauros bellum movit, qui Hispaniam ultorem invaserant, anno 1212. Sed primo parum prosperè, nam Saraceni Beticam, quae nunc Granada est regnum, tuebantur, reueruntque jam inde provinciam ipsam usque ad artem Ferdinandi ejus nominis V. Mox Alfonsus Ordinem militum S. Jacobi de Spata instituit, & auctis opibus, ingenti praesidio Saracenos vicit, Ubedamque civitatem XII. Calend. Aug. anno MCCCII. recuperavit, Miramamolimum Maurorum ducem, commissio ad Tolosam praelio vicit, in quo CCM. Arabum rumor est cecidisse, & cruce[m] de celo apparuisse, in quo praesidio Petrus Aragonum rex prima virtute obtinuit. Eo tempore Alfonsus Rodericum praesule[m] Toletanum Roman misit, ad impetrandam in expeditionem contra Mauros collocaationem. *Tarapha de reg. Hisp.*

FRANCISCUS Xymenes Toletanus Archiepiscopus, ut invidia ex multis amplissimi sacerdotis opibus enata dehereret, patata ducentarum navium classe in proximam Mauritaniam transfretavit, conductis quoque aere pedum, & equitum quatuordecim millibus, quibus praerat Petrus Navarrus a Consalvo Magno tangam bello optimus Xymeni traditus. Is ea felicitate est usus, ut magno portu, qui appellatur Mazanchibi, in portum redacta, Oratum nobile emporium, quod olim Vasbaria fuit, expugnaret, & eodem cursu rex Irenimienor um acie victus regno periret. Navarrus prore Xymene cum victoria laurea in Hispaniam reverso, Bazam antiquitus Uzicatum in Holcachite sinu, opibus, gymnasio liberalium disciplinarum celeberrimum Numidia urbem manu cepit, & duobusque secundis praesulis Numidis profigavit, & demum magna Lepi, quae hodie dicta est Tropolis, terra marique sortiter expugnata potius est, *Pausanias in Consalvo.*

Anno 1464. Pius II. Papa misit per Germaniam legatos, qui populum ad arma in Turcam vocarent. Sed ea res imprudenter, vel promulgata, vel accepta est. Imperii praedicatorum inerte vulgus excitaverit, quasi omnia illis in promptu futura viderentur.

viderentur in terris, ad quas properabant. Venere panofsi, inermes, inopes, emendicantes cibum, qui in Turcam duccerentur. Risere Itali, & merito quidem, simplicitatem (ut solent) Alemanorum, quod sine armis, sine comestibus properarent ad tam difficilem, longinquamque expeditionem. Venere multi Venetas, quasi illic navibus evchendi: inde nonnulli Anconam, quo audierant venturum Pontificem, major numerus Romanam petebat. Magna colluvies hominum, ad bella maris prociutorum. Quid faceret Pontifex; Ut redire faceret inutile bello turbam, dedit illis benedictionem, & plenariam remissionem. Multi, in itinere faigati, media exhausti defecerunt: alii ex itinere, cum quid gereret, audirent, redierunt. Nec Philippus ipse dux Burgundiae, qui saepe, & multum Pontifici promiserat, & voto se (ut ferunt) ex morbo obstrinxerat, venit. Papa Anconam delatus, ibi ducent Venetiarum praetoratus, febre corripuit, & cum vidisset illum in portu navigantem, biduo post defecit. Pecuniae ad eam rem a Pontifice collectae ex constituto ejusdem, partim Veneto duci, partim regi Hungariae Matthiae Corvino, ad supplementum expeditionis (qua illi in hostes erebra fuit) permittuntur. *Crantzus lib. 12. Saxoniae, cap. 3.*

Gerendi belli contra Turcarum Imp. Selimum, anno 1517. ratio sic a Leone Papa: adhibitis in consilium petitisimis ducibus, fuerat constituta, ut Maximilianus I. Caesar Germaniae roborata in legiones conferberet; Pannonio autem, & Sarmaticae equitatu maxime uteretur, & secundo ante Danubio in Mysiam, atque inde in Thraciam recta tenderet: Franciscus vero I. Gallorum Rex cum floridissimis Galliae, ac Italiae copiis a Brundisio in Epirum traiceret: Hispani, Lusitanique, ac Britanni comparata classe ducentarum navium ad Bizantium usque navigarent. Ipse Pontifex cum centum rostratis navibus se ab Ancona confestim navigaturum pollicebatur. Erat enim in tumma spe trahendi Veneti Senatui in partem belli: nam eos, tacitis votis nihil magis exoptare intelligebant, quam ut Christiana arma in Turcas veros, & proprios hostes ingenti omnium consensu, atque apparatu verterentur. Sed mox scordia nostrorum Principum, cum quisque aliena glorie invideret, ea consilia decoris, & pietatis longe plenissima perierunt. *Jovius in Leone X. lib. 4.*

Ut consuet unico intuitu quam Christiana Religio heroas in terra sancta recuperatione, aut defensione adversus Saracenos desudaverit, artexam Catalogum tam Sacularis quam Ecclesiasticae ordinis Principum, qui Christiani, ejusque sepulchro militarunt. Non praesumo tamen omnium nomina literis consignare; unde eorum meminimus, quos Scriptores suis Annalibus inseruerunt, & in binis centuriis redigimus. Porro Regum Hierosolymitanorum, qui loca sancta propugnarunt, seriem dedimus.

In Loco de Magistratu.

* IMPERATORES OCCIDENTIS.

D CONRADUS III. FRIDERICUS I. BARBAROSSA. FRIDERICUS II. HENRICUS IV. Hierosolymam ire saepius proposuerant, teste *Aventino*: sed alius atque alius impedimentis intervenientibus, propositum in nihilum recidit. Sunt, qui scribant. Rudolphum quoque Imperatorem hoc nomine primum Crucem accepisse in subsidium terrae sanctae. Ita *Rodericus Sandius*. Certum tamen videtur, Hierosolymam nonivisse, quacunque de causa id acciderit.

HENRICUS Imp. filius Friderici I. Imp. Crucem sumpsit teste *Crantzio*, in *Metropoli*; sed votum non solvit. *Arnoldus* tamen *Lubecensis* negat Henricum crucem accepisse.

* REGES OCCIDENTIS.

Ludovicus Rex Francie, filius Ludovici Crassi, Alienordis, sive Eleonora uxore Ludovici. Philippus frater hujus Ludovici, teste *Otrone Frisingensi*; qui vivente adhuc patre Ludovico Crasso coronatus, & Rex salutatus fuerat, sed morte interceptus votum non explevit.

Philippus Augustus, Rex Francie. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

Henricus II. Rex Anglie; sed mortuus, priusquam voto satisfaceret. Richardus I. Rex Anglie. S. Ludovicus Rex Francie bis. Philippus Rex Francie, filius S. Ludovici patrem secutus in secunda expeditione.

Regina Francie uxor praedicti Philippi. Theobaldus Rex Navarrae bis. Monachus Paduanus in Chronicis vocat Carolum, sed confundit cum Carolo Rege Siciliae, qui & ipse Tunetanae expeditioni interfuit cum Francis, sed in Palaestina non pervenit. Habuit tamen perveniendi animum cruce sumpta. Quocirca ipse etiam inter Reges cruce signatos locum obtinet.

Carolus Rex Siciliae. Eduardus Rex Anglie, bis, semel ante regnum, rursus post adeptum regnum, qui prima vice pro se, & patre suo Henrico III. Rege Anglie crucem assumpsit.

Joannes Rex Anglie accepta cruce voto sacrae militiae se adstrinxit, sed voto, nescio qua de causa, non satisfecit.

BELA III. hoc nomine Rex Hungariae, sed voto ejus satisfecit filius, nempe Andreas Rex Hungariae.

Alfonso Rex Hispaniae. Rex Cypri cum Andrea Rege Hungariae. Alius Rex Cypri cum S. Ludovico. Jacobus Rex Aragoniae. Sivvardus Rex Norvvegorum. Magnus frater Regis de Norvvegia. Sueno Regis Danorum filius. Regina Angliae Richardi Regis uxor. Regina Siciliae.

* PRINCIPES, DUCES, AC COMITES.

Godofridus Dux Lotharingie. Balduinus. Eustachius. Balduinus de Burgo. Hugo Magnus, Philippi Regis Francorum frater. Robertus Comes Normannorum filius Regis Anglorum Vivilhelmi. Stephanus Comes Carnotensium, & Blesensium. Raymundus Comes Tolosanus, & S. Aegidii. Robertus Comes Flandriae. Hugo Comes sancti Pauli cum filio Engerrano. Comes Gernerus de Grez. Balduinus Comes Hamuacorum. Fuardus Comes Dienfis. Romboldus Comes Aurascensis. Vivilhelmus Comes de Foreis. Comes Stephanus de Alba malla. Rothrodus Comes Partichenfis. Boamundus Princeps Tarentinorum. Tancredus ejus ex sorore nepos. Vivilhelmus Tancredi frater. Vvleleo IV. Dux Noticorum, seu Bavariae, mortuus in H Cyprio. Vivilhelmus Comes Pictaviensis. Vvivilhelmus Princeps de Nivers, seu Nivernensis. Stephanus Dux Burgundiae. Ida Marchionissa Austriae mater S. Leopoldi Ducis Austriae. Conradus Conestabilis Henrici IV. (atq. III.) Imperatoris. Vvigtbertus Comes Parmensis. Albertus Comes de Blandrux. Vvido frater ejus. Henricus Dux Noticorum, seu Bavariae, frater Conradi Imp.

Guelfo V. in expeditione Conradi Imp. Ladislaus Dux Boemorum. Odoacer Marchio Styrenfis. Bernardus Comes Carinthiae. Hugo Comes Vvademontensis. Guillelmus Marchio de Monte ferrato. Amedeus Tauinensis frater Vvivilhelmi.

A Fridericus Dux Suevia, qui postea Imperator fuit.
 Alphonsus Comes S. Egidii.
 Thiericus, seu Theodoricus Comes Flandria, quater.
 Philippus Comes Flandria.
 Henricus filius Theobaldi, Comitis Blefensis.
 Guido Comes Nivernensis.
 Regualdus frater ejus Comes Thenodori.
 Comes Deocarus.
 Robertus frater Ludovici Regis Francie, filii Ludovici Crassi.
 Ivo Comes Sueffoniensis.
 Guillelmus Comes Pontivienfis.
 Comes Morienna avunculus Ludovici Regis Francie.
 Philippus Comes Flandria.
 Dux Burgundia.
 Comes Picavie.
 Tibaldus Comes Blefensis.
 Rogroutus Comes Perticenis.
 Guillelmus de Barris Comes de Rupe forti.
 Henricus Comes Campanie.
B Robertus Comes Drocarum.
 Comes Clarimontis.
 Comes Sueffoniensis.
 Comes Barenfis.
 Leopoldus Dux, seu Marchio Austria.
 Fridericus Dux Suevia filius Friderici I. Imper.
 Robertus Comes Leceflria.
 Rogerus Comes de Apulia.
 Jocehnus Comes de Apulia.
 Comes de Brenes.
 Andreas frater ejus.
 Landegravius de Alemannia.
 Conradus Marchio de Monteferrato.
 Rupertus Comes de Nassave.
 Henricus Junior Comes de Diech.
 Henricus de Diech Comes senior.
 Bertoldus Dux Merania.
 Hermannus Marchio Badenfis.
 Henricus Comes de Salm.
 Bertoldus Comes de Nuenbruk in Brigoja.
C Quatuor Comites de Bavaria in expeditione Friderici I. Imperatoris.
 Popo Comes de Henniberg.
 Comes de Hollandia cum Germano suo.
 Henricus de Calledin imperialis Curia Marefchalcus.
 Conradus Comes de Doremberg.
 Marchio Midie.
 Fridericus Dux Austria, filius Leopoldi.
 Henricus Palatinus Rheni, filius Henrici Ducis Saxonie.
 Dux Brabantie.
 Balduinus Comes Flandria, postea Imperator Constanti-nopolitanus.
 Henricus frater ejus.
 Bonifacius Marchio de Monteferrato.
 Henricus Dandulus Dux Venetiarum.
 Ludovicus Landgravius Haffia.
 Comes S. Pauli.
 Dux Metavie.
 Dux Brabantie.
 Dux Limburgi.
D Dux de Ancei.
 Palatinus Comes de Tubinga.
 Marchio de Bada.
 Comes de Los.
 Comes de Julaco.
 Comes de Seine.
 Comes de Monte.
 Oliverius filius Regis Anglia.
 Leopoldus Dux Austria cum Andrea Rege Hungaria.
 Vvilhelmus Comes de Hollandia.
 Georgius Comes de Vvide.
 Serus Comes Vvintonienfis.
 Ludovicus Dux Bavaria.
 Ranulphus Comes Ceftria.
 Vvilhelmus Comes Arundellus.
 Robertus Comes Atrebatensis, frater S. Ludovici Regis Francie bis.
 Carolus Comes Andegavia frater Regis Ludovici.
 Hugo de Castellione, Comes S. Pauli, & Blefensis.

Galcherus nepos ejus.
 Petrus Comes Britannia.
 Joannes filius ejus bis.
 Hugo Comes Marchia.
 Alfonsus Comes Picavienfis frater Regis Ludovici bis.
 Joannes Comes Montis fortis.
 Comes Vvindocimenfis.
 Comes Drocefnis.
 Amalricus Comes Montis fortis.
 Henricus Comes de Barro.
 Comes Richardus frater Henrici Regis Anglia.
 Guido Comes Flandria.
 Joannes Comes Nivernensis filius S. Ludovici Regis.
 Petrus Comes Alenfontia filius S. Ludovici.
 Henricus filius Richardi Regis Alemannia, occifus in re-ditu Viterbii.
 Philippus Dux Suevia Henrici Cafaris frater.
 Prima expeditioni sub Godefrido Lotharinga Duce in-terfuit quoque Ekhardus Comes Schirensis in Bavaria, de quo in suo Chronico Andreas Ratifoniensis.

**ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI,
 QUI DIVERSIS EXPEDITIONIBUS
 in Palaftinam profecti
 funt.**

Ademarus Podienfis Epifcopus.
 Guillelmus Aufaricenfis Epifcopus.
 Epifcopus Mediolanenfis.
 Engelradus Epifcopus Landunenfis.
 Epifcopus Sueffoniensis.
 Thieno Archiepifcopus Salisburgenfis.
 Stephanus Merenfis.
 Henricus Tullenfis Epifcopus.
 Henricus Epifcopus Ratisbonenfis.
 Otto Frifingenfis Epifcopus.
 Regimbertus Paffavienfis Epifcopus.
 Simon Epifcopus Noviomienfis.
 Alvisus Epifcopus Atrebatenfis.
 Godefridus Epifcopus Lingonenfis.
 Arnulphus Epifcopus Lifienfis.
 Vvaltherus Rhotomagenfis Archiepifcopus.
 Balduinus Archiepifcopus Cantuarienfis.
 Hugo Dunelmensis Epifcopus.
 Epifcopus Belvacenfis.
 Epifcopus Carnonenfis.
 Hubertus Salisburgenfis Epifcopus.
 Archiepifcopus Anxenienfis.
 Epifcopus Bajocenfis.
 Godefridus Epifcopus Heribolenfis.
 Dietepoldus Epifcopus Paffavienfis.

Laodicenfis.
 Offeburgenfis.
 Epifcopi. } Mifnenfis.
 } Monafterienfis.
 } Bafilienfis.
 Petrus Tullenfis Epifcopus.
 Archiepifcopus Tharentafianus.
 Conradus Archiepifcopus Moguntinus.
 Conradus Epifcopus Heribolenfis.
 Siftridus Archiepifcopus Moguntinus.
 Leodicenfis.
 Bambergenfis.
 Epifcopi. } Paffavienfis.
 } Argentinenfis.
 } Trajectenfis.

Jubellus Rhemorum Archiepifcopus.
 Philippus Bituricenfis Archiepifcopus.
 Robertus Belvacenfis.
 Guillelmus Aurelianenfis.
 Garnerus Laudunenfis.
 Odo de Caftro Radulphi Epifcopus Tufculanus.
 Rogerius Epifcopus Cameracenfis.
 Harvicus Archiepifcopus Bremenfis.
 Rudolphus Epifcopus Verdensis.
 Gurnerius Epifcopus Tricafinus.
 Milo Epifcopus Sueffionum.
 Habet ergo Lector duas centurias non sine auctario no-biliffimorum, & fortiffimorum Principum tam Ecclefiafti-corum quam Politicorum; & quos amor Chrifti propriis ex-fedibus

libus abraçtos in Syriam proficifci compulfit; inaudito fed tamen omnibus faculis commemorando exemplo: qui om-nes, tam diverfi, ex locis tam diverfis, fine numine ad tam arduum opus, tantique periculis obnoxium non potuerunt accingi, quorum fervor, & ardor plurimis miraculis confir-matus est, & approbatus, ut videre est paffim in hiftoria hujus belli.

Libuit hoc loco etiam adicere Scriptores, qui expeditiones Terræ sanctæ Litteris suis celebrarunt.

**SCRIPTORES EXPEDITIONIS
 TERRÆ SANCTÆ A CHRISTIANIS
 Principibus factæ.**

Vvilhelmus Tyrus Archiepifcopus.
 Robertus Monachus.
 Albertus Aquenfis.
 Vvilhelmus Malmesburgenfis.
 Vvilhelmus Neuburgenfis.
 Henricus Huntindonenfis.
 Rogerus de Hoveden.
B Jacobus Vitriacus.
 Siebertus.
 Robertus continuator Sieberti.
 Vincentius in fpeculo Hiftoriali.
 Dodechinus continuator Mariani Scoti.
 Otto Frifingenfis.
 Otto de S. Blabo.
 Bertoldus Constantienfis.
 Abbas Urpergenfis.
 Matthæus Vvetimoniafterienfis.
 Matthæus Paris.
 Gliber Rudolphus.
 Fragmentum Hiftoria Francie, feu Aquitanicæ.
 Rigordus.
 Helgaldus.
 Guillelmus de Nangis.
 Jacobus Mejerus.
 Godefridus Monachus.
 Thegano Decanus Paffavienfis.
 Guntheri Hiftoria Constantiopolitana.
 Theodorius de vita S. Elizabethæ.
C Annales Thuringia.
 Siftridus Presbyter Mifnenfis.
 Compilatio Chronologica.
 Chronicon Augultanum.
 Chronicon Auftrale.
 Monachi Paduani Chronica.
 Monachus Florentinus de recuperata Ptolemaide.
 Innocentius III. Pontifex.
 Platina.
 Sigonius.
 Peregrinatio Friderici I. Imperatoris in Palaftinam ab Anonymo.
 Polydorus Virgilius.
 Paulus Amilius.
 Aneas Sylvius.
 Joannes Cochlaeus.
 Joannes Mariana.
 Rodericus Toletanus.
 Rodericus Santius.
D Martinus Cromerus.
 Petrus Blefensis.
 S. Bernardus.
 Nicetas Choniates.
 Eberhardus Altabenfis.
 Chronicon de Guelfis.
 Joannes Turozius.
 Andreas Ratisbonenfis.
 Epitome Bellorum facrorum.
 Nauclerus.
 Benedictus de Acoltis Aretinus.
 S. Antonius.
 Albertus Crantzius.
 Angelus Bargaus.
 Helmoldus Presbyter.
 Arnoldus Abbas Lubecenfis.
 Godefridus Viterbienfis.
 Joannes Trithemius.
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Chronicon Salisburgenfe.
 Cafarius.
 Thomas Cantipratensis.
 Onuphrius.
 Thomas Vvallinghamus.
 Sylvefter Gyraldus Cambrenfis.
 Jovius.

Evulgatum est non ita pridem infigne volumen, cui editor hunc titulum præfixit: Gefta Dei per Francos; feu Orientalium expeditionum, & Regni Francorum Hierofolymitani Hiftoria, à variis fed illius ævi Scrip-toribus litteris commendata. Opus in duos Tomos divi-fum est. Tertium ex Paralipomenis, Scholiis, Annota-tionibus, & Indicibus confectum pollicetur Editor, qui hætenus non comparuit mortuo, ut ferunt, editore: cui lucis ufuram ufque ad abfolutionem tam præclari in-cepti nemo fanus invidiffet, tameti à Cruce signato-rum fide, & religione, extraneus erat.

In primum Tomum coniecit fcriptores, partim antea pu-blicatos, partim nunquam vifos; Prioris generis funt Rob-ertus Monachus, Anonymus Reineti, hoc est, Albertus Aque-nfis, Canonicus & Cultos Vvilhelmus Tyrus: Jacobus de Vitriaco: Pofterioris generis funt ifti.

- I. Anonymus qui libro fuo titulum fecit: Gefta Franco-rum, & aliorum Hierofolymitanorum.
 - II. Baldricus Archiepifcopus Dolenfis.
 - III. Raymundus de Agiles.
 - IV. Fulcherius Carnotenfis.
 - V. Ganterius Cancellarius de bellis Antiochenis.
 - VI. Guibertus Abbas.
 - VII. Anonymus, qui ex Fulcherii Carnotenfis Hiftoria quafi Epitomen conficit.
 - VIII. Fragmentum Hiftoria Hierofolymitana.
 - IX. Epiftola 27. à variis ad varios de negotio Hierofoly-mitano data.
 - X. Epiftola Oliverii Colonienfis Scholaflici.
- In fecundo Tomo inest liber Secretorum fidelium Crucis fuper Terræ sanctæ recuperatione, & confervatione, cui in-mulcetur Terræ sanctæ Hiftoria ab origine: Auctore Marino Samuo Torfello, Patricio Veneto. Adjungitur anonymus ejuſdem argumenti libellus.

**EXPEDITIONES SACRÆ
 CONTRA ETHNICOS.**

Pruffis idololatriis anno Domini 1227. Mafoviam va-ſtantibus, inops conſilii Conradus dux, Leſci Albi Polo-norum principis frater, Chriftiano Epifcopo fuggerente, & fuadente, fratres, five fodales Teutonicos, & ipſos piam contra barbaros militiam ſub titulo S. Marie profectus, qui paulo antè à Saracenis è Syria ejeçti fuerant, Roma accivit: Chelmenſemque, feu Culmenſem tractum, & quicquid eſt inter Viſtulam, Mocram, atque Dervanciam flumina, eis tradidit, his legibus, ut contra Pruffos fedulos, & ſum-mis viribus bellum gererent. Ubi verò eos domiffent, Culmenſem quidem ditionem redderent: cætera verò qua-cunque de barbaris cepiffent, arbitrio bonotum virorum ex aquo ſecum, ſeu cum poſteris ſuis partirent: Polo-nis, nequam vim, aut injuriam facerent, neve hoſtes eor-um receptarent, aut ullo favore proſequerentur: contra barbaros autem, & à religione Chriftiana alienos, ut ip-ſis, cum opus fierit, præſto eſſent. Si quid horum tranſ-grederentur, pena, qua contra ingratos eſt ex jure gen-tium, ſubjacerent: hoc eſt, beneficia accepta amitte-rent. Hæc ita inter Conradum, & fratres Crucigeros, quo-rum tunc Hermannus de Salza ſummus magiſter erat (ſic illi duccem ſuum appellant) convenire, & à Gregorio IX. Pont. Max. approbata & confirmata funt. Cromerus in Pologorum biſt.

Anno 1187. Meynerus, vel Meynardus, Canonicus Zege-bergenſis, Saxo, divino zelo concitatus, ab Hortuico Bremenſi Archiepifcopo evangelizandi Livonibus poteſtate imperata, arguendo, increpando, magis tamen obſecrando, duciam gentium frangens, ipſorum corda non minus muneribus quam exhortationibus paulatim ad quod volebat, Deo an-nuente, perduxit: & ſedem Epifcopalem primam erexit, in-titulatam patrocinio beatæ Mariæ Virginis, in loco, qui Riga dicitur. Et quia idem locus beneficio terræ, & aquarum mul-tis donis exuberat, nunquam ibi ex illo tempore defecerunt Chriſti cultores, & novellæ Eccleſiæ plantatores. Eſt enim

Quomodo.

A In Africa Firmum nova molientem praelia vicit, ac cepit Theodosius pater ejus, qui post imperavit, a Valentiniano missus, & a Valente (cui propter nomen suscepius erat) post occisus, cum Africam composuisset apud Cartaginem, sed prius baptizatus ablutus, ut liberio jugulum percussori praeberet. Cuspignanus.

Quomodo.

CLODOVEUS Francorum Rex a S. Remigio Remis baptizandus cum tribus millibus cathecumenorum militum, inter candidatos, & ipse candidatus ad baptizandum amplissime apparatus processit, sublimes cervicis, caesariae promissa, discriminataque, simul & unguentata, eadem calamitosa comentumque arte per gradus in suggestum verticis concinne, decoraque formata. Etenim apud Francos, tantum reges, regumque stirps crine intonso, oratoque agebant: cum Alani, Burgundione Sicambri incultiores promitterent. Hos regis spiritus, de Christiana civitate, mansuetudineque verba faciens S. Remigius ita demisit, in vulgusque aquavit, ut Clodoveus omni saltu deposito, in humilitatemque privati hominis descendens, se purificandum, abluendumque Remigio mitissime tradiderit. Ita sacra lustrata aqua, & velut B caelestis muneris chrismate delibutus. Cumque tribus diadematis tubris in alba parma depictis ad eam diem usus fuisset, pro gentilitiis insignibus liliata signa accepit: eique e Clodoveo Ludovicus nomen factum. Amilius 11. Greg. Turonensis. Hic Hericus Erfordiensis, dicitur columbina ore attulisse vas chrismate plenum.

LITUANI, Jagellonis ducis, in regni thoriq; consortium ab Heduge Polona accepti, opera ad Christum conversi sunt anno 1387. Sed cum immani laboris esset, singulos sacro fonte tingere, nobilioribus tantum hic honor habitus: reliquum vero vulgus turmatim distributum, aqua lustrali, sive sacra a sacerdotibus conspersum est, unumque nomen cuique turmae, tam virorem quam mulierum inditum. Plurimam ex his multitudinem rex advectis e Polonia pannis laneis, & calcibus vestivit, cum ad eum diem gens illa conficiendarum earum rerum ignara esset, sed advectis tantum nobiliores uterentur: nam vulgus agreffe peronibus magna ex parte etiam nunc utitur, & lineis vestibus: eique tunc utebatur. Basilica deinde Vilnae condita. Cramerus. 1.15.

NON SUSCEPTUS.

C HABETDEUS, Episcopus Tamallumentis in Africa, in exilium ab Honorio Vandalorum rege Ariano actus, ab Antonio Episcopo Ariano vincitus, & ore obturato anabaptismi undis aspersus est: quod cum hac ratione vel nolentem impietati Arianae assentiri cogere vellent. Sed constanter solutus resistit Habetdeus: neque se ullo modo violento baptismo assensibile testatus, Carthagine profectus, Honorio scriptum suae fidei obtulit acerbum, & in solitudinem exaltatum rediit. Victor. 1.2. de Persecut. Vandalica.

FLAGELLATIO RELIGIOSA.

Consule Tit. Penitentiae religiose. Item Monachorum, quatenus flagellis utuntur, & de Disciplinis.

Aurea virgo Parisiensis, corpus suum clavis castigabat, Sedile enim sibi faciendum curaverat, cuius pars corporis, quae humeratus confidentem hemicyclo amplexabatur, in fummo clayorum cuspidibus ad Psalmorum numerum depositis D horrefcebat. In eo sedili illa cum psallere vellent, sese collocabat: & dextro lateri inmixta, quinquaginta psalms perlegebat: sinistro totidem, & totidem in tergo respiciata, pungentibus quaquaversum ferreis aculeis. Marul. 1.4. c. 10.

HENRICUS II. Anglorum rex, Christi imitatus exemplum; dorum suum Cantuariensium monachorum flagellis subdidit. Continuator Sigeb.

ELIZABETHA Landgravi Thuringia uxor, ob intermissa facta, virginitatem hemicyclo amplexabatur. Marul. 1.3. c. 10.

LACRYMÆ, FLETUS RELIGIOSUS.

Vide Tit. Penitentiam, item Supplicationum.

PETRUS rex abnegato Christo, cum Iesus conversus cum inuitus esset, recordatus verborum Domini, suumque peccatum agnoscens, egressus foras flevit amarè. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 18. Post Domini ad caelum ascensum, vir illo die a lacrymis temperasse dicitur, atque ad eas identidem ficandas lineam lineolum de manibus nunquam dimisit. Marul. 1.4. c. 9.

ABSTINENTIA A CERTIS

cibus religiose, Jejunium religiofum INSTITUTUM, OBSERVATUM.

Consule Tit. Abstinentia religiose. Hic Temperantiae. Hic Pietatis habetur ratio.

EBEAZARUS scriba, Antiochio Epiphane fideles persequente, ut scillam carnem gustarent, compelli (quamquam illegitimum erat) nullo modo potuit: sed neque pro illa supplicatam aliam, qua vesi licebat, ut sumeret, exorari, volentibus amicis simulacione ipsum subtrahere neci. Ueque ceteris constantis animi, perpetuaque in Deum observantia exemplum fieret, extrema pati maluit, quam observantiam profani aut agere, aut omnino egisse videri. Itaque corpus carnifici crudelibus pennis conficiendum tradidit, ut spiritum absque labe commissi pariter, suscipique sceleris confervatum Deo offerret. Marul. 1.5. c. 1.

Cibo abstinuit Moyses xl. dies, ut dignus esset, quod legem acciperet a Deo. Neque enim, sicut Ambrosius in eodem bello de Jejunio ait, introisset in urbem, & vocem Domini loquentis de medio igne sine periculo audivisset, nisi munus armis jejuniis fuisset: quippe quod victorias corporis partes comprimit, hominemque puriorum reddit ad res divinas tractandas. Deinde abstinuit Helias, & postremo Servator noster dies totidem. Item Ninivitis Jona propheta opera, & hortatione penitentibus per jejunium venia datur. Ita Judaei abstinerere consueverunt, quoties a Deo opem adversus calamitates implorare, aut cum ira tum placare, vel aliqui usui vita necessarium rogare, seu acceptorum beneficiorum memoriam redintegrare, vel dies festos agere voluerent.

Christiani in terra sancta a Saracenis pressi, Nivinitarum exemplo utriusque jejunium indixere, ne laetentibus quidem, & animalibus praeteritis, anno 1124. Sigeberti Continu.

Pesum eremitam (sicuti a Cassiano relatum est) xl. annis quos in solitudine exegit, comedentem Sol non vidit, quod post occasum solis dimittaxat jejunium solveret consuevisset. Marul. 1.5. c. 8.

NEGLECTUM.

Christiani Antiocheni, carnibus superstitiose a Juliano inquinatis, ut non dubitant: quia Paulus edere iussit absque discrimine propter conscientiam, quidquid in magello venale esset. Teodorectus 1.3. c. 15.

CASITAS RELIGIOSA.

Consule Tit. Temperantiae religiose. Hic religionem. Hic Abstinentiam perpendimus. Item Locum de Casitate.

Miles quidam Decii, succi plenus adolecens in amoenissimis hortulis inter lilia candentia, rubentesque rosas, cum levi juxta murmur serperet rivus, & molli sibilo arborum folia ventus persisteret, super lectum extructum plumis resupinatus est, & ne se inde excuteret, blandis serico nexibus irritus relinquere. Amotis omnibus arbitris, speciosum scortum iussa praetoris accedit, delicatis stringit colla complexibus, & manibus in libidinem concitat juvenem. At miles Dei, praefam moris linguam, in oculantem faciem expuit, ac sic victor exiit. Hieronymus in vita Pauli eremite, hoc ipsum Nicetae martyri sub Decio tribuit. Marul.

Vidit Amianus Alexandriae antistes, seminum quandam. Quia tamen (ut credere est) vitam concupivit, oculum H sibi eruit, crutum a se project: inde corpus gelidus immergens aqua, immersum inedia, & labore maceravit: per quae adeo profecit, ut in Christiana fide assensenda, sit monachos ex Numidia (ut fertur) Babylonem translatus. Sabell. 1.5. c. 6.

LEO I. Pontifex cum Dominicae resurrectionis die Eucharistiam daret populo, & eius manus matronae osculo contracta; tacitam quandam libidinis appetentiam excitasset: manum sibi ultro abscidit, ut pars illa unde lucis irrepserat, a toto corpore contagiosa abscinderetur. Sabell. 1.5. c. 6.

SILENTIUM RELIGIOSUM.

Consule Tit. Monachorum, item Taciturnitatis scilicet silentii religiose, infra, ubi de statu religiosorum agitur. Illic virtutis in conversatione humana: hic Religiois erga Deum ratio habetur.

Jesus filius Syrach dum efficere nequit, ne inter loquendum peccato aliquo implicaretur, sic in Ecclesiastico suo consuevit, & clamat. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum

signaculum certum, ut non eadem in ipsis, & lingua mea A perdat me? Hoc ipsum periculum, quod in se deprehenderat, alios cavere jubet, dicens: Aurum tuum, & argentum tuum consta, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo redos: & attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem Marul. 1.4. c. 6.

SEVERUS Sulpicius Posthumianus monachus, cum in fenestrae sua a Pelagianis de more laerent, Frater quidam cadaver osculatus, oculum, quem olim amiserat, integrum recepit. Illa igitur hoc obediendo oculis omnium se libtraxerat, dum viveret, mortua postea solo tactu reparare erutos poterat. Marul. 1.4. c. 7.

PAULUS monachus, cognomento Simplex, Antonii discipulus, cum primo mysteriorum ignarus quaesisset, Essetne Prophetis prior Christus? ineptam interrogationem silentio diluere iustus, triennio tacuit. Marul. 1.4. c. 4.

Duo monachi ex Cluniacensi cenobio Turonum missi, e Normannis vicina loca vastantibus noctu intercepti, nec vinculis, nec minis, quantumvis atrocibus, silentium solvere voluerunt. Cum in conspectu ducis adducti essent, equus, cui dux infidebat, resillit, lesoreneque in terram prostravit: quam mox acutissima corripuit febris. Porro cum fortiter a Barbaris mitterentur, ut capivorum pro sui ducis salute caedi, & offerri deberet, neutrum fors tangere potuit. Tandem cum frustris eis sapissime mors intentata fuisset, vinculis solutus, pro duce, ut preces facere dignarentur, obnixi precati sunt Normanni: & sic iterum convaluit. Vincennes 1.4.

LOTIO RELIGIOSA.

Consule Tit. Preparatio ante Orationem, quatenus corporis Lotium exemplum continet.

Locus est Dominus ad Moysen, dicens: Facies labrum aureum, & missa aqua lavabunt in eo Aaron sacerdos, & filii ejus manus suas, ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonio. Exod. 20. & 40.

LABORES CORPORIS.

Consule Tit. Monachorum, qui variis exercitiis corpus affixerunt, in loco de labore, item operibus manus exercendis.

GODOFREDUS Lotharingus, penitentiae causa, ob crematum templum Viridunense, ut edificaretur, & sumptus amplissimos contulit, & ipsemet vilis mancipii ministerio functus, cementarium opus fecit. Schafnaburgensis.

IPERGRINATIONES RELIGIOSAE.

Consule superiora.

TOBIAS Nephthalensis, religiosus suis popularibus vitulos aureos adorantibus, ipse Hierosolymam statim petiit ad sacrificandum ibat. Tobie c. 11.

Quanto pietatis studio Magi flagravirint, ex eo colligi potest, quod ex Oriente maximis itineribus per inhospitas gentes biennio iter fecerint, & Bertheleme Salvatori nostro thus, aurum, & myrrham, dona verè regia obtulerint. Matth. 2.

MORTIS RELIGIOSA

TOLENTIARIA. Huc amplissimus Titulus Martyrum pertinet, illic Fortitudo religiose, hic Religio fortis consideratur.

Tres pueri Babylonem abducti, leguminibus, & frigida aqua nutriti, quam dapibus regis, ne cibo lege vetito in D cessarentur, maluerunt: statumque auream adorare iussi, moti proptarunt, quam fidem praeraricari. Hos in fornacem, septuplo magis quam solitum erat accensam missos, flammam non aduierunt. Illi inter igneos globos laudes Deo concinabant: & adidem ardor, qui illis intra fornacem ignovit, rapit exhalans, eos, qui foras aderant, regis ministros corripuit, atque consumpsit. Motus tanto miraculo rex, non jam statum a se electam, sed Deum Israel adorandum edicto iussit. Marul. 1.5. c. 1.

PAUPERITAS RELIGIOSA

SUSCEPTA. Consule Tit. Monachorum, quatenus votivam paupertatem Christi colunt, omnia habentes, nihil possidentes.

CARCERES RELIGIONIS

CAUSA PATI. Vide Martyrium.

EUPHROSINA virgo, Paphnucii Alexandrini filia, Smaragdus monachus dicta, & credita: quoniam illi multus in

vultu decor, inerat, quocumque se verteret, omnium in se oculos convertebat. Hanc ob rem ne fratrum mentes E Deo intentas praesentia sua labefactaret, iusta est cellulae suae janua ultra non egredi, sed ibi humanis pariter, divinisque defungi officis. Paruit non minus libenter quam constanter octo, & triginta annos carcerem passa perpetuum. Tunc tandem, quod femina fuisset, deprehensus est, cum defunctae corpulculum de more lavarent, Frater quidam cadaver osculatus, oculum, quem olim amiserat, integrum recepit. Illa igitur hoc obediendo oculis omnium se libtraxerat, dum viveret, mortua postea solo tactu reparare erutos poterat. Marul. 1.4. c. 7.

SOLITUDO

RELIGIOSA.

Vide Tit. Eremitarum. Item solitudinis. ANTONIUM Abbatem Alexandinum dicere solitum ferunt. Non expedire Christi servis, eorum, qui seculo serviant, domus frequentare, aut consuetudine uti. Sicut enim pisces de aqua eductos continuo languescere, & emori solere: ita monachum extra cenobii septa vagantem, si quicquam consulationi vacaverit alienorum, ad cordis tepiditatem redigi, & circa spiritualia exercenda effici tardiore. Hinc sanè est quod plerique cum feris bestiis in solitudine vivere sibi fatias duxerunt, ne in coetu hominum mentem, quam in sola Dei contemplatione fixam, & locatam habere vellent, diversis cogitationibus diffundere, atque distrahere cogerentur. Ob hoc sanè Arsenius, cur tantopere accessum hominum devitaret, cum interrogaretur: posset se cum Deo simul, & hominibus esse ajebat. Capiton itidem rogatus respondit: Vereri se, ne ex hoc imbecillior ad sustinendos inimici impetus redderetur, quo cum adhuc sibi superesse certamen sciret. Alterum ergo contemplandi amor, alterum peccandi timor ab humano submoverat consortio, nunc uterque consortio fruitor Angelorum, Paulus primus inter Christianos eremi cultor annos septem, & nonaginta, Onuphrius septuaginta, hominibus incogniti fuerat. At postremo ne incogniti essent, tunc visi sunt, cum de solitudine terrena ad celebratam caelestem transferrentur. Marul. 1.3. c. 7.

OBEDIENTIA ERGA HOMINES

SACROS, RESPECTU

INSTRUMENTI AD OBEDIENTIAM

clieciendam adhibiti.

PARERE.

REPREHENSIONIBUS, MINIS,

Animadversionibus.

Cum ad mandatum Elifae Naaman Syrus Jordani septies seimmergere iussus, indignatus abire, dixerunt ei servi sui. Pater, etiam rem grandem dixisset tibi Propheta, cerè facere debeueras. Paruit ergo, & a lepra mundatus est. Lib. 4. Regum, cap. 5.

PRECIBUS, SUPPLICATIONIBUS.

Attala Hunnorum rex, cum Treacensis peteret, & eo quidem animo, ut suo more diriperet, Lupus urbis Episcopus sanctissimus, frequenti collegio sacerdotum, Pontificio habitu instructus, Attalae obvius occurrit, & tu ne (inquit) es es, qui urbes eras, gentesque proteris? Ego sum (respondit Attala) rex Hunnorum, & flagellum Dei. Ad hæc Lupus: Felix, & fastum Domini, & Dei mei flagellum adveniat: & patetis mox portis, cum magno plausu, regem admittit. Cujus Attala humilitate victus, per mediam urbem exercitum tanta modestia duxit, ut ne pullum quidem gallinaeum laeserit: haud aliter, ac si divino cuncti numine obstricti forent. Bonifacius 1.4. Dec. 1.

RERUM IN QUIBUS

obediunt, Utpote, in

IMPIS NON FOVENDIS.

Arte Judaeorum circumventus Theodosius Junior Imperator, Antiochenis mandarat, ut Judaeis ademptas synagogas restituerent. Sed eremita celebris eo tempore Symeon ad Imperatorem literas misit, ne tantopere crucifixoribus Christi indulgeret, neve Christianos ad tam impia permitteba cogeret. Theodosius ergo edictum illico retractavit. Evagrius 1.1. c. 23.

POENITENTIA AGENDA.

Vide Tit. Poenitentia, quatenus poenitentes, monitis aliorum, ad poenitentiam vocantur, ex religioso affectu obediunt.

PHILIPPUS Imperator Christianorum primus, ob scelus patratum in Gordianum prodicionis sacra communione à Fabiano Rom. Pont. prohibitus, nisi ante Christiana Ecclesia cum cæteris, qui scelere poenitentia agebantur, crimen emendasset, humiliter Pontifici paruit, nihil de Imperii maiestate deperire arbitratus, ubi religionis haberetur ratio. Fulg. l. 6. c. 34.

THEODOSIUS Augustus, quoniam iratus in Theſſalonicenses, & Pannonas, supra quam quod iustum, æquumque esset animadverti fecerat: Mediolani ab Ambrosio Episcopo Ecclesie aditu prohibitus, palamque reprehensus, patienti animo pertulit, & commissum confitens, poenitentiam egit. Vide, quanta est sacerdotis auctoritas, qui tanto Principi publice resistere non dubitavit, & cui tantus Princeps, populo inspectante, cedere non erubuit. Cum Pascha-

li quodam die Ecclesiam ingressus, intra chorum confederisset, & audiret, non cum locum purpuratorum esse, sed sacerdotum, iubentique Ambrosio, ut inde recederet, obediit. Post hæc Constantino ad Ecclesiam veniens, ut in choro festum accederet, à Patriarcha invitatus, nequaquam acquievit: magis Ambrosii sententiam sequens, atque approbans, qui Imperatores ne quidem sacerdotum sessione satis dignos iudicaret: Marul. l. 3. c. 5.

EDGARDUS Britannia rex, cum virginem deperiret, quam in Vincetrensi monasterio viderat educari: quæ ut virginitatem à regis injuria tueretur, velo unius ipsius monasterii monachorum se texerat: neque ob id ab injuria rex desisteret: profectus ad eum Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, portigentem in congressu dextram suam honore gratia, regem à contactu repulit, tanquam propter incestum indignus esset, qui sacerdotem contingeret. Edgardus agnito errore, ad sacerdotis pedes prostratus, veniam petiit: & cum poenitenti loco ei, ut à gestando diademate VII. annos abstineret, & sacris quoque virginibus monasterium conderet, injunctum esset, obedienter ea peregit. Fulg. l. 1. c. 1.

LUDOVICUS Junior, Francorum rex, obcaecos in ade Victoriacensi md. homines, à D. Bernardo acriter reprehensus, ad expiandum crimen ejusdem suam Syriacam expeditionem suscepit. Emilius l. 5.

PEDE AMPUTANDO.

B. ANTONIUS Paduanus ordinis Fratrum Minorum, cuidam confitenti, quod ira concitatus patrem calce lesisset, calcem illam abscondi dignam dixit. Ille id pro peccato apponitur, domum abiens, pedem sibi amputavit. Postea reversus cur claudicaret, cum ab eodem rogaretur: Implevi, inquit, quod dignum iudicasti. Obstupuit hominis patientiam Antonius, ac simplicitatem: qui servandum sibi duxisset, quod increpationis causa dictum fuerat. Et pro illo Deum precatus, membrum, quod mutilatum erat, restituit: atque utroque pede ambulans abiit, qui uno venerat. Marul. lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap. 12. & Fulg. l. 6. c. 9.

CONJUGE RECIPIENDA.

PHILIPPUS Augustus, Gallorum rex, cum Honorii III. Pontificis legati ab eo poscerent, ut Ingebergam (aliè Viceburgem, aliè Gelbergam vocant) conjugem in conjugalem thalamum reciperet: quam quia non satis grata erat, sicuti propinquitatis gradu, seu non iustam uxorem dimiserat, atque in ejus locum Mariam Boemice ducis filiam duxerat: estis agere, ut id ageret adducebatur, legatistamen de Ingeberga reducenda paruit. Fulg. l. 1. c. 1.

PHILIPPUS I. Gallorum rex, sive veneficio, sive alio malo captus, cum eiecit Bertha conjugem Bertram, quam deperibat, Folcheti, vel Poci, Andegavensis comitis conjugem, apud se haberet, anathemate Urbani II. Pontificis tactus conjugem, quam eiecerat, recepit. Idem.

DIVORTIO.

Ex Tit. Divortii hic quedam.

MATHILDA comitissa Tuscie, obedienter passa est à Gregorio VII. Rom. Pontifice separari se ab Actii Estensis marchionis connubio, quod in quarto gradu affinitatem cum eo habuisse inventa erat, pudicitia in posterum diligenter custodita. Fulg. l. 1. c. 1.

PACEDANDA.

ATRIA expugnata Aquileia iturus Romam infestis signis, cum eo loci concedisset, ubi Mincius Padum influit, annem trajecturus, vir sanctissimus Leo I. Pontifex, calamitatem Italiae, & urbis Romæ miseratus, adhortante etiam Valentiniano III. Imp. ei fit obviam, persuadetque Alarici exemplo, qui statim Dei iudicio post captam urbem mortuus est, ne ultra progrediarit. Munitio Pontificis optime obtemperans Atilia, quod dum simul loquerentur, cernere duos viros supra caput suum strictos tenentes gladios, ac morte minitantes, nisi pareret, visus esset (si Petrus, & Paulus Apostoli putati sunt) inde movens, Pannonias repetit: ubi non ita multo post, effundente se ubertim propter ebrietatem è naribus sanguine, moritur. Platina.

RACHIS Longobardorum rex, ut regni fines amplificaret, Pentapoli bellum intulit, atque oppidis ejus plerisque primo adventu captis, demum etiam in Ducatum Romanum, Pontificiamque ditionem traiecit, ac Perusiam acri premere obsequio instituit: Imperatore longe remotò, atque omnino à rebus Italiae, ut videbatur, averti: Exarcho vero parum nervorum ad Ravennam sinestruendos, ne dum ad longinquiores protegendas, habente: Zacharias Papa, ut serpens adversus leincendum propulset, quod armis non poterat, auctoritate sibi tentandum existimavit. Itaque decoro optatum comitatu assumpto, Urbe egressus, Rachim in castris Perusinis convenit, tantaque dicendi copia causam suam peregit, ut Rachis religione perclusus non solum à Perusia oppugnatione recesserit, sed etiam oppida Pentapolis occupata reddiderit, atque in omni officio fidelem se Pontifici, obsequentemque præstitit. Sig. l. 3. regni Ital.

ZACHARIAS I. Pontifex, cum initio pontificatus sui ardentem bellis Italiani ostendisset, legatos de pace componenda statim ad Luitprandum Longobardorum regem misit, persequentem bello Trafimundum Spoletinum ducem. Verum cum à legatis eade re nil fieret, ipsocomitante clero Romano in Sabinos proficiscitur. Ferunt autem, octavo miliario à Narnia regem Pontifici honoris causa obviam factum, ex eoque descendisse, ac pedibus virum sanctissimum in urbem comitatum fuisse. Qui sequenti die inter Misistrum solemnium orationem publicè habuit, & quidem elegantem, qua ostendit, quid maxime regem Christianum deceret, sive pacem, sive bella gerat. Hac oratione ita pernotum regem G. ferunt, ut statim arbitrium omne componendæ pacis ei permiserit. Plat.

Romam urbem Paulus Exarchus Græcus, & Luitprandus Longobardorum rex obsidebant, quod Romani ab Imperatore desecisset. Gregorius II. Papa insigni peritatis Luitprandi regis fama pernotus, Urbem cum decoro comitatu clericorum, & optatum Romanorum egressus, in castra ad regem supplicavit. Rex sive tacita religione captus, sive presentis Pontificis vercedum adductus, statim ad pedes ejus se prostravit, & sine ullo maleficio ex agro Romano se recessurum esse promisit. Mox cum ab Exarcho moneretur, ut iusta Imperatoris impleteret, id est, ut Pontificem, aut captivum faceret, aut ferro perimeret, non solum id consilium, ut impium, sceleratumque repudiavit, verum etiam Pontificem, ut Exarchum in Gratiam recipere vellet, oravit. Inde ad templum S. Petri, nullis ea tempestate moribus seipsum, accessit, atque ad aram profectus, paludamentum, quo erat indutus, armillas, baltheum, cinctum auratum, coronam auream, & crucem argenteam, ante augustissimi corpus Apostoli posuit, & supplex Deo voto, atque ipsi si Apostolorum principi fecit: atque inde exercitum domum reduxit. Sig. l. 3. reg. Ital.

Longobardorum rex Desiderius, cum multas ditiones Romane urbes jam cepisset, novissimè ab Adriano I. Romano Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnum vocari: cupiens atque ad Carolum urbem Romam occupare, simulavit voto se ad salutanda principis Apostolorum limina proficisci velle. Pontifex referat templi, atque urbis portis, misit, qui Desiderio iura anathematis pena imperarent, ne propius ad urbem accederet. Incredibile forsitan videatur, & tamen vero ipso verius est, barbarum regem, superbia, atque immanitatis plenum, quem arma non moverant, simplici anathematis denuntiatione territum, sententia mutata, retrò exercitum convertisse. Fulg. l. 1. c. 1.

CAPTIVIS DIMITTENDIS.

Israëlites, sub rege Peka ducenta millia captivorum, Judais

Judeis abegerunt: eosdem tamen liberos dimiserunt, monitu Obedi votis. 2. Paral. 27. GIBULUS rex Alemanorum, Severino Episcopo Bathavino paruit, deprecanti pro Romanis, ut pacem cum ipsis servaret, captivisque sibi condonaret. Aveninus lib. 2. Annal. Bojorum.

PUGNANDO.

AMASTES rex Judæorum, cum adversum Syros expeditionem parasset, vito Deino obediendo, ex auctoritate, atque dimissis centum millibus militum, quos conduxerat de Israelicis cum xxx. millibus suorum copias hostium superavit cum utraque multitudine simul vincendos, nisi paruisset.

OPERE FACIENDO.

Ex tit. Monachorum Abbatibus obedientium infra. PERSONARUM, QUI QUIBUS

obediunt. v. g.

REGES SACRIS HOMINIBUS.

Vide paulò ante, Regum respectu, in Poenitentia agenda.

Monachus quidam Imperatorem Theodosium posterorem inverecundus interpellans de necio qua petitione, cum sapius eidem esset molestus, nec tamen, quod cupiebat, optatum ferret: magna confidentiali Imperatori Ecclesie communione interdixit, atque discessit. Imperator reversus in regiam, cum jam apposta mensa accumbendi tempus esset, ne gustare quidem de epulis voluit, nisi prius ab eo, à quo ligatus videbatur, excommunicationis vinculo exemptus esset. Mititavit igitur ad Ecclesiam pastorem, petens ut eundem ipsum, qui ligasset, se etiam solvere jubere. Ille vero Imperatori significavit, jam antea eum esse solum: nec ullo modo pro legitima excommunicatione admittendam, quam quilibet quacumque temeritate, & propria libidine sine ullo præsumpserit. Verum Imperator eo responso minime contentus, nequaquam acquiescere potuit, nisi per eum ipsum, à quo exclusus erat, Ecclesie communioni esset legitime restitutus. Id, quod etiam factum est.

MONACHI ABBATIBUS.

Vide Obedientia locum.

Marianus monasterii Bituricensis monachus, Mamertino Abbate ita se subiecit, ut bubulci servitio fungi iustus, non gravatim obediret: nihil vile, aut contemptibile arbitratum, quod sibi agendum ille injunxisset. Idem.

JOANNES Abbas, eremice Scythi œconomus, sive de Mareote Lycia sibi muneri missas, duobus Adolescentulis ad se veniens quendam procul in ulteriore deserto manentem deferendas dedit. Quos dum iter facerent, nebulosa circumfudit caligo, ita ut quò pergerent, nescirent. Per vastam igitur errando solitudinem, diem, noctemque consumpsere, senis cellula nusquam inventa. Cumque diu expectati non redirent, reperi sunt postis genibus animas efflasse, illibatis scibus, quas secum tulerant. Siquidem inedia perire, quam Abbatibus prævaricari mandatum, maluerunt. Ibidem.

PATAVI est Jesuatorum collegium idiotarum, qui mendicando, & servilia munia deferendis funalibus præstando in exequiis, cultum item hortulii, & aquarum extractione à plantis sese sustentant. Cum præpositus divi Augustini post epulas Jesuatorum præpositò obiceret, quod trium votorum professionem partum legitime viderentur exercere: is statim ad Marcum, unum è suis, qui mensè ministrabat, conversus: Quando ergo de obedientia questio est, te ego, Marce, manibus nudis prorsus huc inferre jubeo, ut boni isti viri sese calefaciant. Nihil ille cunctatus, quod iustifuserat supplex illis attulit. Tum Dominicani comes: Et ego si jubeat, afferam carbonem, sed te, non manu, ne Deum tentare videar. Ergo miraculo plurimum auctoritatis collegio illa accrevit, ut Marcum modo non pro sancto haberent, circa annum Salutis humane MCCXXII. Bern. Scardopolis lib. 2. classe 6. hyl. Patavina.

SUBDIITI PRÆLATIS.

Etiã malis prælatis obediendum esse, suos Discipulos monet Dominus, inquit: Super cathedram Moysi scribæ sedent, & Pharisei: omnia, quæcunque jussierint facere, facite. Matthæi 23.

Quòd Episcoporum, Abbatumque, & aliorum, qui præfunt iusta mandataque sine cunctatione capefenda sint, etiam cum nobis minus rationis habere videbuntur, Petri Apostoli exemplo patet. Non lavabis mihi pedes in æternum, inquit: indecens, & indignum ratus, ut Dominus officio fungatur.

servi, & servorum quasi dominorum suorum lavet pedes. Sed quod indecens esse non poterat, quicquid ille juberet, B. mox intellexit: cum audivit, se non habiturum partem cum ipso, nisi se lavari permitteret. Ideò protinus obediens exclamavit: Domine, non tantum pedes, sed manus, & caput. Igitur quicquid præpositi nostri nobis injunxerint, prout ipsorum exequi, quam causas quamobrem, inquirere curemus. Præpositum enim videtur, ut cujus officium est obedire, is de seniorum sententia indicet. Marul. l. 3. c. 3.

Consule Locum singularem de Obedientia, ubi etiam pleraque horum repetuntur: quamvis alia occasione.

HONORES SACRI RELIGIOSE DISTRIBUTI. ET VEL DELATIS SACRIS HOMINIBUS QUIBUS. PUTA. Propbetis.

Josephus xi. Judaic. Antiq. volum. recet, legisse, Cyrum ab Italia de se certo vaticinatum nomine: & idcirco Judæos quasi Dei familiares plurimum dilexisse. Hieron. l. 12. comm. F. in Iſaiam. c. 44.

Sacerdotibus.

Rex David sollicitè Dei cultum in cantatoribus, & sacerdotibus studuit ampliare. 1. Paral. 15. usque ad c. 25.

CONSTANTINUS Magnus Imp. Chalcedonensi concilio cum ultimis inter sacerdotes federet, auditis accusationibus, quibus invicem se sacerdotes criminabantur, delatas ex scripto ad se, ingremium conclusit, omneque non lectas combussit, dicens: Sacerdotes cum numina ad hominem regendum constitutos esse, & propter intractabilem de Deo eorum iudicium reservare velle. Fulg. & Egnatius lib. 1. cap. 1. Ab eodem legem editam tradunt, plus honoris deberi homini in sacerdotali dignitate constituto, quam ulli illi de domino, vel regi: certum enim esse, in illis honorari Christum, qui vicem Christi in terra gererent, non illis, qui imperarent terre. Solis autem Apostolis, quorum locum sacerdotes tenent, à Domino dictum est: Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Marul. l. 3. c. 5.

MARIAM Egyptiacam Zosimus Abbas in deserto orantem, corpore supra terram atcolli vidit, supra aquas Jordanis amulante non mergi, & stupescens genua ante illam flectere reverentia gratia voluit. At mulier sacerdotalem in ipso dignitate animadvertens, non permisit: sed e contra honorem, quo se indignam esse, ei detulit. Majus quiddam existimans, sacerdotem censuit, quam miracula facere. Idem.

ANTONIUS Egyptius Abbas, virtutibus, & miraculis ubique clarus, ipsos presbyteros, ac sacerdotes in summa veneratione dicitur habuisse: solitusque eidem caput summittere, benedictionem captare, & pro magno beneficio ducere, si accepisset. Idem.

THEODOSIUS Junior, initiatus sacris, & consecratus, mirum in modum venerabatur, si paulò integrioris erant vitæ Culp.

CÆSARIUS Episcopus Arelatenſis, apud Theodoricum Italiae regem accusatus, quod monasterium à se forori, & sacris aliis virginibus condidit, ac deinde in obsequio urbis evertum inaurare cepisset, Ravennam sub custodia missus est. Cum autem ad regem in Palatium accessisset, interitio illum animo salutarit. Cui Theodoricus venerabilis aperto capite affurrexit: ac de labore itineris, de Gothis, & Arelatenſibus percontatus est. Dimisso inde illo conversus ad suos dixit: Malum eis, qui tam sancto viro hanc itineris molestiam præbuerunt, nam quantus hic fit ex eo conſecti, quod ad primum ejus ingressum propè totos cohortui, & angelicum in eo vultum notavi. Quamobrem nefas esse arbitror, duris aliquid in tam venerabilem virum consuleret, misique ad eum in hospitium loco muneri discum argenteum magni pretii, Cæsarum autem eo vendito, & redacta pecunia, captivos omnes Gallicos superiore bello factos redemit, erant autem serè ex iis, qui ultra Druentiam incolabant, atque Auralicenses, quos liberare omnes Arelate nequiverat. Cæterum, cum tanta ad eum pauperum conflueret multitudo, ut vix pareret accessus, senatores, ac nobiles certatim ad eum dispendandas pecunias contulerunt. Eo factum est, ut Symmachus pontifex, & clerus Romanus universus miro tanti vſendantiſſis flagrare desiderio cepit. Itaque Romam accitum benignè cuncti

cuncti exceperunt, gratias Deo agentes, quod sanctum vi- rum suis demum oculis subiecisset, de quo sapissimè an- te auribus accepissent: præcipuè verò Symmachus, qui eum non solum metropolitani honore, sed etiam pallii di- gnitate ornavit. Itaque Arclate regressus, qui in exilium in Italiam venerat, captivos redemptos reduxit, & digni- tate auctus, octo solidorum millia reportavit: quibus, Carcaffonem profectus, reliquum captivorum recepit. Si- gonius l. 6. Imp. occid.

CAROLUS Magnus summa pietate antistites, sacerdotes, cle- rumque universum coluit. Cuspimanus.

Fratrum minorum pater Franciscus, maximo semper ho- nore sacerdotis profectus est. De cere solitum tradunt, si cui sanctorum è caelo in terram lapsio, & cum illo simul sacerdoti fortè occurrisset, prius se sacerdotis manibus oscu- lum daturum, deinde reverentiam facturum sancto. Plus se debere illi significans, qui Christi, & Apostolorum vices in terris gereret, quem illi, quem jam cum Christo regnare nolet. Quanta autem res esset sacerdotium, in eo ostendit, quod se indignum illo iudicans, nunquam promovèri passus sit: soloque diaconatus officio contentus, quoad vixit, fuerit. Marulus l. 3. c. 5.

B LUDOVICUS Crassus, Francorum rex, sacerdoti Eucha- ristiam afferenti obviam proficisci voluit, quamvis gravissimo affectus morbo, Ruyfius.

CONVALLIS Scotorum rex, nullum sacerdotem sine ma- gna reverentia est alloquutus. H. Boetius l. 9.

RODOLPHUS Comes Habsburgensis, ruri obvium habuit sacerdotem SS. Eucharistiam ægrotò deferentem. Religio- nis motus, sacerdotem suo, æditum comitem famulæ equo donat, & pedes inquitur. Vulgata ejus rei fama, Mo- nialis quædam prophetico spiritu celebris, Rodolpho ob hanc pietatem regnum prædixisse fertur. Nec multo post, diuturno illo à Friderico II. morte interregno pertasis Ger- manis, Rodolphus, præter spem, & expectationem, Car- sar ab Electoribus principibus salutat est: ejusque pos- teri etiamnum hodie Reipublicæ Christianæ habenas fe- liciter moderantur.

QUALES HONORES Sic Honorantur.

C Consuendo. Ex Tit. Obedientia religiosa, huc quædam, Occurrendo, Comitando, Salutando. Ex præcedentibus huc quædam. Non conservando, conversationem fugiendo.

Josephus Sacerdos, cuideponata erat Maria Virgo, & pro more Judæorum usque ad tempus nuptiarum custodienda tradita, cum gravidam esse videret, & quia justus erat, eam nollet tradere, voluit dimittere eam eodem consilio, quo Petrus Dominum à se repellebat, dicens: Exi à me, Do- mine, quia homo peccator sum, quo itidem Centurio à domo sua eum prohibebat, cum diceret: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Sic ergo etiam Joseph indignum, & peccatorem se reputans, dicebat intra se: A tali, & à tanta non debere sibi ultra familiare præstari contubernium, cujus supra se mirabilem expavecebat dignitatem. Videbat, & hor- rebat divinæ præsentis certissimum gestantem in signe, & quia mysterium penetrare non poterat, volebat dimittere eam. Expavit Petrus potentis magnitudinem: expavit Centurio præsentis majestatem: exhorrui nimirum & Joseph, sicut D homo, hujus tanti miraculi novitatem, mysterii profundita- tem: & idè occultè voluit dimittere eam. Miraris, quòd Jo- seph prægnantis sese confortio Virginis judicabat indignum, cum audias, & sanctam Elizabeth ejus non posse ferre præ- sentiam, nisi cum tremore, & reverentia? ait namque: Undè hoc tibi, ut veniat mater Domini mei ad me? idè itaque Joseph voluit dimittere eam. Sed quare occultè, & non pal- lam? Ne videlicet divortii causa requireretur, exigeretur ratio. Quid enim vir justus responderet populo dixæ cervicis, populo non credenti, & contradicenti? Si diceret, quod fen- tiebat, quod de illius puritate comprobaverat, nonne mox increduli, & crudelis Judæi subannarent illum, lapidarent illum? Quando unquam veritati crederent tacenti in utero, quam postea contemplerent clamantem in templo? Quid fa- cerent necdum apparenti, cui postmodum impiis manus inje- cerunt, etiam miraculis crucifigant? Merito ergo vir justus, ne aut mentiri, aut diffamare cogereret innoxiam, voluit occultè dimittere eam. Sin verò quis Josephum sicuti hominem du-

bitasse contendat de Virginis castitate, & propterea occultè voluisse dimittere eam: dubitatio ea ab Angelo in somnis fuit viro justo exempta, ut non modo Virginis sub specie mariti, verum etiam ejus quod ex ea nasceretur sub specie patris cultos, atque quæ esse vellet. D. Bern. homilia secunda su- per Missus est.

Divis inferendo. Vide canonizatio. Item honor divinus. Dignitatem, Magistratum conferendo.

CONSTANTIUS CALORUS Imper. cum plures in sua aula Christianos haberet, experiri volens, qui viri fortes essent, ac constantes: simulavit omnibus se præcipere, ut diis suis sacrificarent, qui sui esse vellet, qui vero recusarent, abirent è palatio: Multi metu idola venerati sunt: quos tan- quam religionis desertores ejecit. At qui in religione per- severarant, hos cepit amplexari, & cosiliis suis adhibere. Cuspimanus.

GULIELMUS Russi Anglorum regis, alioqui avarissimi, ex- citit unum factum, memoria dignum. Cum cenobium quoddam vacaret, duo monachi inter se pactionem fecerant, ut se ita invicem adjuverant, quò alter cenobio præ- faceretur. Hoc capto consilio, certatim pro præfectura ad- plicenda pecuniam regi obtulerunt. Interea rex conspicuus coram alium monachum bonæ frugis, qui comes illis duo- bus competitoribus fortè venerat, ad se vocatum interro- gavit: Equid dare velit, si Abbas fiat? Is respondit: Se ni- hil proflus daturum, cum eo animo sese isti vitæ dedisset, ut spretis divitiis, atque honoribus; in sanctitate vitæ Deum coleret. Ad hæc rex: Tu ergo dignus es, qui cenobio tuo præsis. Id quod fieri statim iussit, illis duobus repulsis. Polyd. l. 10.

HONORIUS IV. in suo pontificatu solum Cardinalem Joan- nem Boccacantium Episcopum Tusculanum creavit: viros dicens, & eisdem bonos, ac doctos, non etiam rudes, & re- rum humanarum ignaros, in tantum collegium cooptandos esse. Plat.

MARTINUS V. Pontif. in dandis beneficiis mira prudentia usus est. Non enim cujus petenti ea confererat, sed sta- tim mente agitabat, quis potissimum esset idoneus, cui- talis cura demandaretur. Quod si homines provinciarum non nosceret, in quibus vacare beneficia contigisset, ac peritos regionum consulabat, quis aut in curia, aut in gymnasiis publicis esset doctrina, nobilitate, moribus, hoc munere G dignus. Platina.

Vide locum de Ecclesiasticis Prælatiis. Honor NON DELATO INDIGNIS. SIC NON DEFERTUR. ADORATIO.

MARDOCHEUS Jatri F. Judæus, Amanem Amalechitam, vel jubente Artoserxe rege, adorare noluit, quòd eum honorem soli Deo convenire arbitrareretur: adeò ut in ma- ximum periculum & se, & totam Judæorum gentem con- jecerit. Esib. 3.

PROPINATIO. D. Martinus Tutonenfis Episcopus, Treviros ad Maximum Imp. venerat, ut pro Narsere Comite, & Leucadio præfide, qui Gratiani partes pertinacius foverant, supplicaret, & ne tribuni eum jure gladiorum in Hispanias ad Priscillianitas he- reticos extirpandos mitterent, verarè. Cum Episcopi om- nes turpi principem assentione complecterentur, solum Mar- tinus Apostolicam servavit auctoritatem. Nam, cum suppli- candum fuit, imperavit potius, quam rogavit: & a convivio ejus, licet sæpe rogatus, abstinuit, quòd diceret, se mensis ejus participem esse non posse, qui imperatorem unum re- gno, vitæ alterum expulisset. Gratianum intelligens dum ce- tum, & Valentinianum fratrem, ad quem Gallia, Hispania, & Britannia regna hereditate pertinebant, à Maximo occu- pata. Cum autem Maximus se non spontè fumpsisset Imperium affirmaret, sed impositum sibi à militibus divino nuntio regi necessitatem armis defendisse, non alienam ab eo Dei vo- luntatem videri, qui tam incredibili eventu victoriam pepe- risset, nullumque ex adversariis, nisi in acie, oppellisset: tan- dem victus vel ratione, vel precibus, ad convivium venit, mirum in modum gaudente Maximo, quòd imperatresset, Con- vivia autem aderat, veluti, ad diem factum evocati, summi atque illustres viri, præfectus, idemque consul Evodius. Comi- tess duo summa potestate præditi, frater ejus, & patruus me- dius inter hos Martini presbyter accubuerat, ipse autem sel- lula juxta Maximum posita confederat. Medio sermè con- vivio minister de more patrum regi obtulit, ille Martino dati jubet.

jubet, avidè expectans, ut ab illius dextera poculum fume- ret. Sed Martinus patrum presbytero suo tradidit, ne- minem existimans digniorem, qui post se biberet, nec inte- grum sibi fore, si aut Maximum, aut eos, qui à Maximo erant proximi, presbytero prætulisset. Quin etiam eidem Ma- ximo longè ante prædixit, futurum, ut, si ad Italiam pergeret, quò ire cupiebat, bellum Valentiniano facturus, primo qui- dem adventu victor esset, sed parvo post tempore interiret. Sigonius l. 2. Imp. occid.

DIGNITAS.

CAROLUS Magnus, ad Episcoporum sacrum senatum haud tenetè quempiam præsentavit: cruditionem, atque bonita- tem in cooptandis potissimum spectavit: cumque ordi- nem ad pristinum splendorem, à D. Paulo præscriptum, re- duxit. Curiosè cavet, ne quis avarus, aut ambitiosus, luxu- veritius, unquam pontificali apicem adipisceretur. Hilde- gade regina petenti pro sacellano suo, idem proceribus aulae rogantibus, respondit: Idoneo, est pauperi, jam destinavi. Aventinus l. 4.

LUDOVICUS Pius Imp. nemini Ecclesiasticam dignitatem contulit ob pecuniam: sed probè observavit, quia doctrina, & B bonis moribus ornati esset. Regno l. 2.

ALUREDUS, rex Anglorum, neminem illiteratum ad quam- cumque dignitatem Ecclesiasticam adhiberi permisit. Rainul- phus l. 6. c. 1.

Quidam sperata morte cuiusdam beneficiati, cum jam se- nimortuum videret, quatuor horas l. millibus passuum pera- gis, ad Regem pervenit. A quo cum pretio, & precibus va- cerdotium peteret, affirmans proculdubio eum mortuum esse, quem ante quatuor horas se morientem reliquisset dicebat. Cui rex, Bene sane cucurristi, sed quo animo id feceris, per- spicuum est: idè cum tam bene curras, recurre, & te non impetras, renuncia. Gilbertus Cognatus lib. 1. Narrat.

AMOR RELIGIOSUS ERGA HOMINES, EA, QUÆ merentur, tribuens.

Hic solius Charitatis rationem habemus, quæ ex præscri- pto pietatis institutionem ignoranti, correctionem, & conver- sionem impaventi quantum in se est communit. Cuius exem- pla ex Tit. Pœnitentiæ desumpta possunt, quatenus aliorum ser- vore, & studio ad pœnitentiam vocantur. Differt autem à Cle- mentia: quoniam aliud est ignorare et, quate offenderit è qua- dam animi magnitudine, & moderazione, atque in eundem be- neficia conferre, non tam illius causa, quàm ut virtutem tuam omnibus comprobet: aliud est, verè, & ex animo diligere, illi bene velle, & illius causam beneficiis eum afficere: Clementia certè apud Etbnicos quoque reperitur: Charitas apud solos pios homines, & Christianos.

RESPECTU SUBJECTI, HOC EST, boni, quòd tribuit. Cujusmodi est.

DOCTRINA, INSTITUTIO. Consule Tit. religionis magistri, propagatores, quatenus impiorum conversiones ex caritate incumbunt. Maximè ve- ro Tit. concionatorum.

Prima in Evangelio Joannis Baptistæ Præcursoris vox est Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Et ut qualiter agendum esset, in se ostenderet, de camelorum D pilis textum habuit indumentum, zona pellicea præcinctus erat, locustis, sylvetricisq; melle vescetur. Lugubris, & as- per vitæ peccatorum tristitia indicat, zona pellicea carnis mortificationem testatur, ciborum vilisæ jejuniis, abstinc- tiamque commendat. Marulus l. 4. c. 9.

Post Joannem eadem sanè vox Christi opt. max. fuit: Pœni- tentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Sola peccati turpitudine ad penitentium movere debuit peccatorem, quanto magis cum etiam ea promittitur merces, qua major ne- qui desiderari. Idem.

Apostolorum omnium, & eorum, qui illos secuti sunt, unum hoc charitatis propositum fuit, neque rerum præsentium, ne- que quietis, vitæ mortalium illam habere rationem, dum consu- litur spirituali saluti proximorum. Marul. l. 3. c. 2.

PAULUS Apostolus, qualem erga proximos charitatem ha- beret, præter difficiles illas, & periculosas peregrinationes, ostendit ad Romanos dicens: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et ad Corinthios: In cordibus no-

stris estis ad commoriendum, & convivendum. Et ad Philip- penses: Ictus mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos esse E in visceribus Jesu Christi. Et ad Thessalonicenses: Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam in matris foveat filios suos ita desiderantes vos cupidè, volebam tradere vobis non so- lum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam cris- tismi nobis facti estis. Rursum ad Corinthios: Cum plures essem, inquit, ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacere, & factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lu- crarer: iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos, qui sub lege, lucrifacere. Omnibus omnia factus, ut omnes facerem salvos. Idem denique ait: Ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Mar. l. 3. c. 2.

Cum esset Athenis, incitabatur spiritus ejus, eò quod vide- bat idololatricam civitatem. Act. 17.

Serapion abbas oppidum quoddam infidelium ingressus cum publicè prædicantem de medio pellerent, libertatem suam uni eorum vendidit, ut cum eo privatim colloquendi potestatem haberet. Ubi verò frequenter, assiduèque sua fione illum, cui serviebat, credentem de idolorum servitute in fi- dei Christi libertatem vindicasset, reddito ei pretio, ad alium F transibat. Hoc gentiles crudendi genere etiam Lacedæmone, & Athenis usum dicunt. Marul. l. 3. c. 2.

Pacomius monachus, animad vertens proximi vici colonos à cultu abesse divino, & tantummodo in pascendis pecoribus studium ponere, eorum dereliquit, & tuguriolo constituto Deum illos revereri, & Christo credere docuit. Fugerat fre- quentiam, sed fugientem revocavit caritas. Veluti qui maris periculum evasit, si quos naufragos conspexerit, rursum com- mittit se fluctibus, ut in alto laborantibus opem ferat. Idem.

CONSOLATIO. Tobie charitatem Babylonica captivitas probatorem fecit. Quippe in eadem necessitate constitutus, quoquo modo po- tuit, opulari non cessavit, nunc verbis consolando, nunc rebus juvando, & eos, qui ab impiis hominibus cadebantur, sepeliendo. Hinc cum & ipse regis Sennacheribi iusti necan- dus perquiretetur, Deo favente unà cum suis periculum ef- fugit. Postea rege filiorum manu interempto, reversus à omnia, qua sibi ablata fuerant, recuperavit, ne beneficii materia deesset, cui non deerat animus. Pius enim imi- micorum servatus est: crudelis autem nec inter filios tutus fuit. Idem.

VITÆ CONSERVATIO. SEPHORA, & Phua, Hebræorum obstetrices, noluerunt obedire Ægyptiorum regi, imperanti, ut omnem masculu- lum partu jam editum interficerent, feminas servarent: ti- mentes Deum, qui omne homicidium sua lege prohib- buit. Exod. 2.

Cum Moses ex Madiandite terra in Ægyptum proficiscere- tur ad liberandum populum, & in itinere in diversorio fi- lium suum non circumcidisset, à Deo petitus fuit ad necem. At Sefhora uxor arrepto filice filium circumcidit, Mosemque liberavit. Exod. 4.

Legimus Num. 16. Aaronem adversum ignem Israelis popu- lum devorantem occurrere, & stetit medium, & oppo- sisse murum pro salute populi. Hieron. l. 4. in Ezech. c. 13.

Stipatores Sauli regis, iusti interire face rdores Nobz, eò quod Davidem (quem ipse rex persequeretur) suscipissent, non sunt ausi manum eis inferre. Aderat rex, in facinus urge- bat, eundantibus iratus minabatur. At illi immoti, fixique ste- tere, adeò ipsimet occidi, si fas ita ferret, quam occidere Dei ministros malebant. Servi denique morte contempta, prætu- lerunt furentis Domini iustionis reverentiam sacerdotum. H Doeg verò Idumæus, cui nulla religio, nullus Dei metus erat, nec sacerdotum quidem ejus, cruore manus suas fodare ti- muit, nec distulit pios coram impio rege jugulare, ut illi mo- rem gereret. Marul. l. 3. c. 5.

ABDIAS Jezabele regina impia prophetas inefficentis, centum ex eis speluncis abditos passivè dicitur. Non peper- cit impense tot homines pascendo, & magnum vitæ suæ adit- discrimen eos occultando, quibus cum sibi unà moriendum esse non dubitaret, si deprehensus fuisset. Quamobrem & ipse divinatione donatus, quarto loco censetur in catalogo XII. prophetarum. Qui enim prophetam accipit in nomine prophete, metcedem prophete accipiet. Marul. l. 5. c. 2. l. 1. R. g. 18.

Charitate inter se contenderunt apud Antiochiam Theo- dora virgo, & quidam miles. Illa ob Christi confessionem ab infidelibus in prostibulum traditur: miles ignotus eam primus

primus adiens, persuadet, ut mutatis secum indumentis, viri-
 A li habitu evadens, virginitatem intactam conservet. Cumque
 ipse cum mulicribus vel deprehensus pro virgine ad suppli-
 cium traheretur, non sustinuit illam, ut cuius ope pudicitiam
 tutata fuerat. ei necis causa fieret: palam proclamat, Se esse
 ei poenae addictam, non ipsam: contra ille: Immo se judi-
 cencia damnatum, non illam. Dui certantur uterque,
 alterum sua morte redimere cupientes. At vero quoniam
 Christum confitentibus mori vivere erat, Deo disponente,
 ambo simul capitis obruncatione, gloriosum martyrium pe-
 regerunt, ne eorum rami gladius separaret, quos junxerat amor
 Christi. *Marul. l. 3. c. 2.*

ALIMENTORUM COLLATIO.

Booz Bethlehemita ait ad Ruth: Audi, filia, ne vadas in
 alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco:
 sed jungere puellis meis. Quando hora vescenti fuerit, veni
 hic, & comedere panem, & intinge buccellam tuam in
 aceto. Praecipit insuper pueris suis, dicens: Etiam si vo-
 biscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: & de vestris
 quoque manipulis proficere de industria, & remanere per-
 mittite, ut absque tubore colligat, & colligentem nemo
 corripiat.

B Vidua Sareptana, cui nihil aliud erat praeter pugillum
 farinae in cado, & paululum olei gutto totum id, quod
 habuit, petenti Heliae prophetae concedere non dubitavit,
 quamvis & ipsam, & filium fame antea pergeret, ut
 ea farina absumpta mori statuisset. Et ex illa die cadus ei
 farina non defecit, nec lecythus olei tui immixtus, do-
 nec pluviam dedit Dominus super terram. Denique par-
 vulum filium, quem mors abstrulerat, pietas vivum in sinu
 matris restituit, annuente Domino precibus prophetae,
 quem illa & cibo paverat, & foverat hospitio. *Marul. l. 1. c. 2. ex 3. Reg. 17.*

Mulier Sunamitis transuentem Helisaeum legitur tenuisse,
 & secum panem comedere compulsa, tam familiariter, ut
 deinde non detederet prophetam ad illam, virumque ejus fre-
 quenter divedere, eorum consuetudine uti, cum ipsa una ci-
 bum sumere. Multus hostis advenit non tantum non re-
 sistit studium eorum, sed magis inflammavit, ut etiam oc-
 ceanulum illi construerent, in quo veniens, requiesceret, &
 diutius apud se manendi occasionem haberet. Itaque precan-
 te Helisaeo, & filium genuerunt, cum antea steriles fuissent: &
 eundem, cum decessisset, vitae restitutum receperunt. *Marul. l. 1. c. 3. ex 4. Reg. 4.*

AEDIAS, qui sub rege Samariae Achabo, & impiissima
 Jezabele paverat centum prophetas in specubus, qui non cura-
 verant genui flectere Baal, accepit gratiam prophetalem,
 de duce exercitus dux Ecclesiae factus. *Hieronymus in Ab-
 dia cap. 1.*

ZACARIAS publicanus a Christo conversus, dixit: Ecce di-
 midium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si-
 quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum. *Luc. 19.*

CORNELIUS Centurio religiosus, ac timens Deum cum omni
 domo sua fecit elemosinas multas plebi. *Act. 10.*

ANTIOCHENSIS Christiani, prout quisque habebat, propofue-
 runt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judaea fra-
 tribus. *Act. 11.*

Idem Pii Macedoniae, & Achaja collationem aliquam fa-
 cere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem, institue-
 runt. *Rom. c. 13.*

LUDOVICUS Pius Imp. noluit sacerdotes egere. Ob id fan-
 D dixit, qui factis initiati essent, nullius innumum servitio sub-
 ficerentur, nec ulla servitute premerentur. Hanc ob causam
 statuit, ut ad eas sacrae suam haberent vestigal, unde victus
 is foret, qui divinis operantur, ne factorum cultus vi-
 ctus inopia deleteretur: ne etiam sacerdos quaestui ulli se de-
 deret turpi. *Cusp.*

THOMAS Cantuariensis archiepiscopus, quotidie XIII. pau-
 peres domi convocabat, federe iustis genu flexus pedes lava-
 bat: discumbentibus ministrabat, abeuntes cum dono dimit-
 tebat, singulis eorum quatuor nummos largitus: ita ut libera-
 lior, an humilior fuerit, non facile discerni queat. Servi inter-
 dum designantur mendicis ministrare, Archiepiscopus etiam
 pedes lavit. *Marul. l. 1. c. 5.*

CURA AGRIS IMPENSA.

Vide Aegorum cura. Misericordia.

CURA HOSPITIUM.

Ex Hospitalitatis loco exempla religiosa, illie Liberali-
 tatis, hic Charitatis erga proximum habetur ratio.

APOLLONIUS abbas, suis ipse manibus hospitium lavabat

pedes: Abbatemque se in monendo duntaxa, corripiendo-
 que noverat, praeterca omnium minimus erat. *Marul. l. 1. c. 5.*

Monachis Nitriae montis morem fuisse constat, praeter cetera
 in peregrinos beneficia, pedes eorum lavare. Incolosseque ab-
 stergere, illum imitari volentibus, qui magister, & Dominus
 discipulorum pedes lavit: Exemplum, inquam, dedi vobis,
 quemadmodum ego feci, ita & vos faciat. *Item.*

ADRIANUS II. Pontifex Episcopus, quos convivio exceperat,
 ministravit, pedesque lavit: ac in terram prostratus, cum iis
 hymnos, & psalmos cecinit. *Platina.*

Hoc abbas eadem erga peregrinos observantia, certo
 tamen ordine usus dicitur. Primum cum illis simul sup-
 pliciter provoluit Deum adorare, deinde pedes eorum
 abluere, postremo ablatis praepcepta salutis dare: quasi in-
 nuere volens iis, qui peccatorum fordes Penitentiae la-
 vacro mundare cupiunt, necessarium esse pietatem, humi-
 litatem, justitiam. *Marul. l. 1. c. 5.*

OPUM RESTITUTIO, DEFENSIO.

Adversus nobiles, qui fundos sacerdotum velut diuturna
 possessio sine sui juris factis retinere soleverant, nec vocati F
 ab rege in jus subire, periculum litis in animum inducebant,
 Ludovicus Crassus Philippus I. Francorum regis F. res gessit,
 tutelam templorum ad ceteros D. Dionysii regis gessit, in-
 quit, cuius fundos possidere arguebatur B. ocharius, vir Parisi-
 ensium nobilissimus. Duxit etiam, in Drocum Montiacum
 Bellocensis Ecclesiae iuri infestum. Elbo etiam Rossiacus
 opibus, gloriaque ingens, Rhemenis, Laudunensisque sacerdotio,
 cuius fundum occupasse dicebatur, coactus est pacem, ob-
 sidemque dare. Similiter & Leonatus Magdunensis, qui agros
 Aurelianensis Pontificis armis vindicarat. *Emil. l. 5.*

PIDINUS Valpinarum Aquitaniae ducem bona Ecclesiarum
 Francicarum obtinentem, armis coegit restituere. *Regino l. 2.*

CAROLUS Simplex, rex Francorum, edidit illud memorabi-
 le, ac religione plenum. Summi proceres profani, locupletis-
 simorum ceterorumque opes, beneficio regum acceperant, ac
 monachis tantum in sumptu suppeditabant, quantum neces-
 sarius usus postularat, ex eisque ipsi delibebant, qui non Ab-
 bas (nam id sibi nomen velut amplissimum arrogabant) sed
 Decurio vocitaretur. Per multas aetates is mos tenuerat. Jam G
 Episcoporum iura invadebant, Simplex coacto concilio divi-
 vitas pontificum sanctas esse constituit. Ceterorumque libertas
 sanciri nondum poterat, quod eorum facultates Robertus
 magister equitum, ac Hugo, fratres, militum alebant, ac jam
 cum factionis suae hominibus occupare regni jus contendebant. *Paulus Emil. l. 3. de gestis Francorum.*

CONRADUS II. Imp. a Brunone Augustensi Episcopo,
 Henrici II. Imp. fratre stimulat, ut Episcopatum Bam-
 bergensem revocaret, quod Ecclesiasticis rebus non ne-
 cessarius, & imperio praedicialis haberetur (quod ipsum
 quoque apud viventem fratrem egerat) nihil profecit. Fe-
 cit idem Theodericus Merensium Episcopus. Sed quae semel
 Deo consecrata sunt, ad profanos usus neque Henricus,
 neque Conradus voluerunt revocare, & Bruno per visio-
 nem fratris in somnis tertius coepit desistit. *Crautz. l. 4. Saxoniae, c. 36.*

LIBERTAS RESTITUTA.

ARMELECH spado regis Sedeciae, Hieremiam prophetam
 intercessione sua esse ceteros barathro funibus duxit. H
 hominibus adhibitis, in quod a proceribus Judaeorum con-
 jectus fuerat propter vaticinia. Propter hanc pietatem Ab-
 imelecho promissit Dominus, sese illum defensorum con-
 tra hostes Chaldaeos, ne illorum in manus veniret. *Hie-
 rem. 39.*

CYRUS rex, propter Isaiae prophetias Judaeos in patriam li-
 beros remisit. Mox etiam Darius rex vaticiniorum veritatem
 admiratur, cum adhuc privatus viveret, vobis se obstrinxit, si
 regno potiretur, curaturum, ut templi extractio, quam Cam-
 byses impediatur, perficeretur. Id quod & praestitit. *1. Esd. 5. c. 6. & Joseph. l. 11. c. 4. Antiq.*

PAULINUS Nolus urbis Episcopus viduae cuiusdam filium
 in Africa apud Vandalos captivum, cum pecunia non sup-
 peteret, vicaria servitute redemit, cum superbis dominis ser-
 vitus: simul ne ille juvenis, dum superbis dominis ser-
 vit, eorum sum fecerit fervore inciperet diabolo, ma-
 luit vitam suam quam proximi animam periclitari. *Ma-
 tul. l. 3. c. 2. & Sab. l. 5. c. 2.*

Sanctulus

Sanctulus Nursiae provinciae Abbas, cum sibi pecunia
 A suppetere, qua diaconum suum a Longobardis latronibus
 captum redimeret, aliam longe difficiliorem redimendi ratio-
 nem inivit, & ut sibi cum illo colloqui, dissetque aliquot una esse
 liceret, rogavit. Qui rogabantur, hac lege concesserunt, ut
 si diaconus effugisset, tunc Abbas, qui per atatem effugere non
 poterat, capite puniretur. At ille pro diacono mori paratus
 fugam persuadet, eumque noctu emittit. Quae de causa ad ne-
 cem petus, praebuit cervicem. Ceterum jam ad feriendum
 elatum videns spiculatoris manum protinus exclamat: Sum-
 me Deus, tene illam: immota manlit, & regentibus nervis de-
 flecti nequivit. Reliqui miraculo territi, Abbatem liberum fe-
 cere. Qui mox rogatus, male affectam manum oratione cura-
 ravit. Multiplicia dona certatim offerebant, venerantes jam,
 quem dudum occidere voluerant. Nihil ille accipere voluit,
 praeter captivos: qui omnes libertati redditi, cum ei gratias
 egissent, abiere. *Marul. lib. 3. cap. 2. & Fulg. lib. 4. cap. 7.*

FRANCISCUS Medelinus Hispanus, & Vincentinus Catare-
 nus Dalmata, apostatae eunuchi, apud Barbarosiam Tuneta-
 num, religione mori, Christianorum captorum sex millia e car-
 ceribus liberarunt: praebentes ipsis instrumenta ad abrumpen-
 das catenas, quibus soluti, variis rebus, laxisque praeteritum,
 dextras armati, in Turcas erupere, tumuluarique interfecit
 aliquot Turcis, totum arcem Tunetanam occuparunt, arma-
 mentarium refererunt, atque omni regis gaza, commea-
 tu, armisque portis, ad excelsa parte arcis victoriam suam
 Caroli V. exercitui partim summo, partim flammis, expansio-
 que demum vexillo significarunt. *Jovius lib. 34. Hist.*

MODI, QUO TRIBUITUR.

Nempe.

ORANDO PRO ALIIS, vel inimicis.

Diligenter, & sollicito orat Dominum Abrahamus, ut
 pareret. *Sodomitis. Genes. 18.*

DANIEL propheta, non pro suis, sed populi peccatis angit-
 ur, dum ea veluti sibi communia constituit, & proinde
 misericordiam Dei implorat, ac si ipse deliquisset. In je-
 junis, in sacco, in cinere sponte affligitur, per tres heb-
 domadas luget: panem desiderabilem non comedit, neque
 carnem, neque vinum gustat, neque unguento perfunditur.
 Videt illum pro delictis aliorum tunc factum, & intra me-
 confusus conscientiae metu concutitur, quod ego miser pro
 meis, quibus obrutus sum, nihil tale fecero. Contere,
 Domine, contere duritiam viscerum meorum, & virga di-
 rectionis tuae percutere cor meum, ut saltem aquam
 estundat lacrymarum, & ipsae plangere possint ea, quibus te
 offendi, cum sancti tui sic luceant etiam ea, quibus te alii of-
 fenderunt. *Marul. lib. 4. cap. 9.*

Eldras, cum intellexisset, Judaeos qui secum Babylone
 Hierosolymam remigraverant, miscuisse semen sanctum,
 cum ceteris nationibus conubiorum copulatione, scidit
 pallium, & tunica, vultit capillos, barbam depilavit:
 sedique moerens ante templum, usque ad sacrificium ves-
 perinum. Tum demum lurgens curavit genua, expandit
 manus ad caelum, & flens oravit. Ex ejus moerore ceteri
 virum metientes crimen, & ipsi flaverunt: magnoque divina
 D ultionis metu expavescit, in tantum illi obdierunt, ut
 consenserint & uxores repudiare, & qui de ipsis nati fuerant,
 filios abdicare. Igitur ipse Dei legem exponente, convenisse
 dicuntur jejunio, & in sacco, pulvere conspersi, ab alienige-
 nis separati: confidentes peccata sua, & iniquitates patrum
 suorum, quater in die, & quater in nocte adorantes Domi-
 num Deum suum. *Ex. 1. Esd. 10. Marul. lib. 4. cap. 9.*

Contendentibus inter se de regno Hircano, atque Aristobulo
 Alexandri Judaeorum regis filius, ab Hircano tem-
 plum, quod in Aristoboli manu erat, & sacerdotes obli-
 debantur. Ibi inter alios captus est Onias, vir sanctus, ab
 iis, qui Hircano fovebantur: deduciturque ab eis ad tem-
 plum, cum precibus, & minis urgetur, ut rogando insec-
 tum Aristobulo Deum redderet, ipse immobilis contra ni-
 tebatur. Et cum illi urgere non desinerent, clare Deum se
 rogare dixit, ne illum ipsarum partium adversus alteram
 (quod utraque populus ejus esset) audiret. Itaque ab Hircani
 fautoribus itaque tui occisus. *Ful. lib. 3. cap. 8. ex Josephi lib. 14. cap. 3. Antiq.*

ANDREAS Apostolus cuiusdam Nicolai jam senis fornicandi
 incontinentiam vehementer dolens, ab hora tertia ad
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

nonam Deum pro illo cum lacrymis obsecravit dicitur: deinde
 cum etiam media se conficeret, die tandem quinto de coe-
 lo sibi a Domino dictum audisse: Tua opera, o Andrea, Nico-
 laum, quem amiseram, inveni. Quotusquisque est, qui sic sum-
 lugeret delictum, ut Apostolus alienum? *Marul. libro se-
 cundo cap. duodecimo.*

CARPUS Pauli Apostoli discipulus (sicut de illo Dionysius
 ab Themophilum scribens testatur) esse Iudaeum fidelem quendam
 ab infideli subversum cerneret, pra dolore languere ce-
 pit. Cumque, ut converterentur, orare debuisset, ut ambo e vi-
 ta decederent optavit: veritus ne alterius suavis, alterius exem-
 plo alii corrumperentur. Vidit autem in quiete illos in fornacem
 ardentem a spiritibus immundis trahi, violenterque impelli:
 & cum eo spectaculo delectari cepisset, affexit Christum
 cum angelis e caelo delabi in terram, ipsosque ab ignis
 periculo creptum accedere. A quo & audivit, iterum para-
 tum se pro peccatoribus pati. Hac visione admonitus, pro
 utriusque conversione Domino supplicavit: & quos antea
 morti concupierat, demum in fide vivificatos recepit. *Marul. lib. 3. cap. 2.*

Beatus Stephanus Dominum imitatus, & ipse pro lapida-
 F toribus suis devotius, quam pro se oravit. Nam pro illis ge-
 nua posuit, & voce magna clamavit: pro se vero simpliciter
 dixit: Domine Jesu, suscipe spiritum meum. *Act. 17.*

Sancte Christiana instituit Ecclesia, ut stato, & solemni die
 quorannis pro universis gentibus universa precaretur Eccle-
 sia, ne iis quidem exclusis, qui ex confesso essent hostes in-
 festissimi. *Sab. lib. 6. cap. 1.*

PIAMON, in Scythiaco monasterio spectata sanctitatis
 presbyter, angelum Domini vidit, monachorum nomina in
 codice partim scribentem, partim scripta delentem. Visa ergo
 monachis explicans, eos peccato obnoxios comperit, quo-
 rum nomina subduci vidit. Ac tandem cum illis lugens veniam
 oravit, donec iterum apparet angelus etiam illorum nomina
 conferberet, quorum ante deleverat. Illi itaque quantum
 meritis prius conceperat, tantum deinde latati sunt: cum
 post penitentiam, se quoque conscriptos in caelis, ac in libro
 vitae repositos agnovissent. *Marul. lib. 2. cap. 12. & lib. 4. cap. 10. Sab. lib. 5. cap. 5.*

PACOMIUS Abbas, cum quendam ex fratribus inimici G
 supplantatione in nequitiam dejectum accepisset, tandem
 pro illo preces obtulit Deo, donec ad Penitentiam conver-
 sum audivit. *Marul. lib. 2. cap. 2. & lib. 4. cap. 10. Sab. lib. 5. cap. 5.*

HEROSOLYMS Porteri principis uti servus Phaniae, filiae
 ejus amore captus, quoniam potunda spes nulla esset, Ma-
 gos consuluit. Exiit maligni spiritus, cam illi uxorem fore
 dixerunt, si ipse se diaboli servum adscripisset, contempto
 Christo. Conditioni assentientis chirographum dedit, & nup-
 tias cum ea, quam ad amaverat, iniit. Post haec deprehendit
 mulier nihil proflus Christiani moris inesse viro, non orare,
 non ad Ecclesiam ire, non crucis signum facere. Denique
 causam curiosus ab eo sciscitans, plene dicitur: & anxio re-
 medium quaerens, Basilio Episcopo rem indicavit. Tum
 accersitum Phaniae Basilium hortatur, ut reverti vellet, un-
 de per praevagationem recesserat, & credere, & confidere
 in Domino. Conversum secum domi retinuit, ac pro illo
 oravit, & post 40. dierum jejunium, multaque inerece sa-
 thanae insulationes eduxit, ut purgatum reconciliaret Eccle-
 siae. Ibi frequenti clero, plebeque urbis astante, voces ter-
 H ribiles audite frementium, ac lamentantium damonum ad-
 versus Basilium, quasi raptorem alieni servi. Sed eo jubente,
 etiam chirographum iniit restituit. Quo discisso,
 apparuit delectum esse Phaniae crimen. Ita per mulierem fide-
 lem vir infidelis salvatus est: & qui desperaverat, Episcopi
 opera ad ipem rediit salutis. *Marul. lib. 2. cap. 12.*

MUTIUS Abbas cuidam jam animam agenti, Deum pre-
 catus, trium annorum spatium ad penitentiam impetravit,
 sanumque secum ad eremum duxit. Et ille cum triennium
 peccata sua luxisset, in vigiliis, jejunis, obsecrationibus, de-
 cessit securus, cuius ope vite terminum proelaverat, eju-
 dem manibus sepultus. *Marul. lib. 2. cap. 12. & lib. 4. cap. 10. Sab. lib. 5. cap. 5.*

APOLLONIUM Abbatem serunt cuidam fratrum suorum
 humilitatis, mansuetudinisque virtutem suis precibus Domino
 impetrasse: ita ut ille, cuius rigida mentis asperitatem nulla
 mitigare castigatio poterat, postea multis patientiae, ac leni-
 tudinis exemplum fieret. *Marul. lib. 4. cap. 5.*

AEGIDIUS Arelatenis Abbas, dum pro quodam regis Caroli
 delicto, quod nulli confiteri ausus fuerat, precaretur: schedu-
 lam

Q99

Iam super altari reperit, in qua revelabatur peccatum, & ab-
A batis merito venia concedebatur regi, si modo ille se peccasse
doluisse. *Marul. lib. 4. cap. 10.*

OPONIS Cluniacensis abbas monitis, quidam ex pradone
monachus factus, dum vita decederet, angelum sibi ap-
paruisse dixit, jubentem ne timeret: eo quod Odonis precibus
ipfi peccata omnia remissa essent. *Marul. lib. 4. cap. 10.*

DEVOVENDO SE PRO ALIIS.
MOSES pro peccatis idololatrie Israelitici populi apud
Dominum intercedens, etiam de libro vite deleri postularit,
dum populo Dominus agnosceret.

PAULUS Apostolus tanta anxietate spiritus compati-
batur fratribus, & cognatis suis pereuntibus, ut ipse diceret: Tri-
stitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optarim
enim ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui
sunt cognati secundum carnem. *Rom. 9.*

EXULES SUSCIPIENDO.
CONSTANTIO Cesare Christianos in Britannia perse-
quente, magnus priorum numerus ad Scotos, & Pictos con-
cessit. Hos Chrahtilintus, Scotorum rex, suscepit, & ut in Mo-
na insula confiderent, sacra ibidem ade ipsius opera Servato-
ris nomine erecta, everfis Gentilium templis, Druidibusque,
B & eorum ritibus exterminatis, qui ad id tempus illic (ut Ve-
remundus memorie prodidit) perduraverant, concessit. Am-
phibalus Brito, vir insigni pietate, primus antistes ibi creatus.
H. Boetius lib. 6.

POENITENTES SUSCIPIENDO.
EX Penitentium titulo non pauca exempla hinc loco con-
venientia petuntur, item ex Tit. Clementie erga hostes reli-
gionis, haereticos.
Priusquam gallus bis cecinisset, ter jam Christum Petrus
abnegarat. Tum Christus conversus, & Petrum intuitus, peccatum
suum ei in memoriam revocavit, ita ut exiens fleverit
amarè. *Matthaei 26. Marci 14.*

Apostolum Jacobum accusator duci ad mortem cum vide-
ret, poenitentia ductus, ad pedes Apostoli prostratus:
Ignosce mihi, inquit, vir Dei: peccavit enim corum, quae
contra te dixi. At beatus ille statim eum deoscularus: Pax
tibi (inquit) fili, & venia peccati. Tum is statim se palam
omnibus Christianum professus, martyrii praemium tulit.
C *Suidas in voce, Herodes.*

NOVATUS haereticus negabat apostatas etiam poeniten-
tes recipendos esse. Hanc ob rem sub Fabiano I. Romae con-
cilium sexaginta Episcoporum, totidem presbyterorum cum
diaconis pluribus habitum est, quo Novati opinio, ut falsa,
improbata fuit, quod Salvatoris exemplo nemini poenitenti
deneganda sit venia. *Platina.*

De rebaptizandis his, qui ad fidem redissent, eadem sentit
Stephanus I. Papa, quae Cornelius pontifex: neque ullo modo
his recomunicandum esse, quis rebaptizarent. Unde Dio-
nysius, qui antea hac de re cum Carthagenensibus, & Ori-
entalibus sentierat, mutata sententia, ad Stephanum scribens,
eum bono esse animo jubet, cum Ecclesiae tam Afianae, quam
Africanae mutata opinione in sententiam Romanae Sedis jam
venissent. *Platina.*

Antequam moteretur Cyprianus, venit in sententiam
Ecclesiae Romanae non esse rebaptizandos haereticos, sed so-
la manus impositione in gratiam recipiendos. Hac enim de
re inter Cyprianum, & Cornelium Pp. magna fuerat con-
tentio. *Idem.*

D SYRICIUS Papa haereticos per manus impositionem reci-
piendos censuit: Manichaeos, qui in urbe erant, vetuit com-
municare cum fidelibus: poenitentes autem, & redeuntes ad
gremium orthodoxae fidei, recipiendos esse censuit, si mona-
sterium ingrederentur, atque ibi jejuniis, & orationibus se to-
tius vitae tempore macerarent. *Platina ex Siegberto.*

In Niceno concilio constitutum est, ut qui absque tormen-
tis in persecutionibus lapsi fuerint, annos quinque inter cate-
chumenos vitam ducant. *Platina.*

Haereticos non prius ad societatem communionis admis-
sus, quam legitime haeresi abnegata, argumento est historia,
quam recitat *Sozomenus lib. 8. cap. 12.* Mulier quadam è Ma-
cedoniana haereticam Ecclesiam conversa, incircumspecte ad communionem mysteriorum, priore haeresi
nondum abnegata, admissa erat. Qua de causa Petrus archi-
episcopus Alexandrinus accusatus est. Sed ipse respondit: il-
lam se mulierem secundum Ecclesiae legem, & ipsius Theop-
hili quoque voluntatem ad communionem admisisse. Narrat
candem historiam & *Socrates lib. 6. cap. 9.*

Poenitentiam olim agentes absolventur, & ad sacra admit-

tebant Augustinus libro unico de Baptismo, capite primo, Ju-
daeos, schismaticos, & haereticos, si agant poenitentiam, reci-
piunt testatur.

In primitiva Ecclesia, quintam seriam ante Pascha con-
fectum fuisse tempus, quo plerumque poenitentes recepti sunt:
nec quenuquam receptum, nisi juxta delictorum pondus à fac-
erdote æstimatum plene satisficisset: patet ex canone *Inno-
centii, de Conf. distinctione tertia.* Si quis tamen in morbum
periculosum incidisset, mitigatio adhibebatur, ita ut etiam
ante Pascha reciperetur.

Monachum, qui æger de Scythiatico ecenobio ad civita-
tem curationis gratia profectus, in multo graviorem animae
suae morbum inciderat, castitatem vertens in libidinem, cum
puero, quem meretricio coitu sustulerat, reversum, ac in om-
nium fratrum conspectu seelus publice confitentem, misera-
biliterque lugentem, Moses abbas, & ipse flens excepit, atque
dies aliquot cellae carere castigatum, in statum pristinum, or-
dinemque redegit. *Marul. lib. 2. cap. 12.*

IN INTEGRUM RESTITUENDO.

THEODOSIUS, & Gratianus Imp. sedulo pro pace, & tran-
quillitate Ecclesiae reddenda laborarunt. Gratianus quidem
Valentiniani F. Valentis patris sui crudelitatem, quam in
Christianos Homouosios tam diu exercuerat, palam damnavit:
eosque Doctores, & Episcopos, qui ab eo in exilium pulsi
erant, revocavit, ac singulos Ecclesiae suis restituit, de qua re
& legem tulit. *Theodoretus lib. 5. cap. 2. & Sozomenus lib. 7. cap.
2. Ambrosius lib. 5. Epistoliarum epist. 26.*

GUNDAMUNDUS rex in Africa, Ecclesiae Catholicorum
à patruo suo Humberico, & avo Genesico clausus aperuit, &
omnes Dei sacerdotes petite Eugenio Carthagenensi Episco-
po ab exilio revocavit. *Siegbertus in Chronica, & Bergomensi.*

HILDERICUS Vandalorum rex, sui patris Thrasimundi
justi nunquam catholicis consulere ausus est, juramento ad-
strictus. Quo defuncto, antequam regnum hereditario jure
suscepit, omnes Catholicos ab exiliis justit revocati, & ab
Episcopis Ecclesiae reformari. *Siegbertus in Chron.*

CONVERSANDO CUM IMPIIS,
haereticis.

MACEDONIANI Episcopi ab Arianis justit Valentis vexati,
consiliis inter se occultè communicatis transfere ad Catholicos
deceverunt, ac communi consensu legatos, quorum prin-
cipis erat Eustachius Sebaste Episcopus, in Italiam ad Valen-
tinianum Augustum, & Liberium pontificem miserunt, atque
eis, ut cum Liberio, & Ecclesia Romana consentirent, man-
darent. Legati profecti, cum in Italia Valentinianum non
invenissent, Liberio literas reddiderunt, quas ille accepit
noluit, negans sibi communionem cum eis esse posse, qui fidem
Niceni concilii abrogarent. Cui illi responderunt, se, fano
consilio capto, fidei eorum, qui Filium Patris dissimilem esse
asserent, abjecisse, proindeque ipsum, ut se recipere, obse-
rarent. Cum autem Liberius postularit, ut fidem suam scrip-
to mandarent, libellum illi tradiderunt: in quo, ceteris for-
mulis condemnatis, in primisque Arimienfium Concilio repro-
bato, unà cum Nicæno, Filium Patri consubstantialem esse
confessi sunt. Cum eos hoc modo Liberius tanquam sponso-
ne aliqua se obstrinxisset putaret, tum in communionem acce-
pit, datique ad Macedonianos Episcopos literis, benignè di-
D *missit. Sigonius lib. 7. Imp. occid.*

AMOR RELIGIOSUS ERGA HOMINES,
IN IIS, QUAE NON
merentur, sive
BONIS. EA
DENEGANDO. Non conferendo.

ORTHO I. Caesar Briaicum oppidum, quod Everhardus Comes,
cum Henrico ejus fratre, & Gisilberto Lotharingo con-
spiratione facta, tenebat, obsidebat. Ibi per noctem à Friderico
Moguntino antiste deforsus est. Exorto die cernentes regis
milites, quam rara coorta cingere oppidum, quodque
magna pars auxiliorum fuisset, suadere conabantur, ut & ipse
exercitum reduceret in Saxoniæ, donec audis viribus rediret:
Rex verò consilium fugæ non probavit: fiderent animo, &
armis, sese magnis hostium copiis sufficturos. Erat tum inter
primos regni proceres Comes, qui capta, occasione magna
quid

MALIS. VEL
PRÆCAVENDIS.

quid à rege deponendi, postulatit sibi permissi abbatiæ
A Laurensheimensem in Vangionum dicecesi opulentissimam.
Orcho statim rem sentiens: Mentem meam illi, inquit, coram
ipso exponam. Id cum preatores homini renunciaissent, sta-
tim ad regem advolat, mutans negotium ex animi sententia
succedere. Hic pius ac magnanimus princeps, audiente tur-
ba astantium: Obedire magis, inquit, Deo oportet, quam ho-
minibus. Docet autem Christi doctrina, quod sanctum est,
non esse dandum canibus. Ita quod fane facerem, si quæ facer-
dotibus, & pauperum alimoniz dicata sunt, tibi homini pro-
fano largirer. Proinde quando profusus iniqua est hæc peti-
tio tua, scias nihil unquam ex me tibi sperandum. Invitum
retinere nolo. Si libet, ad desertores transi. His verbis pude-
factus Comes, ad pedes regis provaluit. Et, & illic postu-
lationis veniam oravit. *B. Rhenanus lib. 1. rer. Germ. & Crantz.
lib. 2. Saxon. cap. 8.*

CLEMENS IV. bona Ecclesiae ita accuratè dispensavit, ut
plus Deo, quam affinitati, & cognationi tribuisset videtur.
Duas habuit filias ex mortua uxore ante pontificatum susce-
pit, quarum alteræ in monasterium collocata triginta libras
B Turonensium parvorum dedit: alteræ autem, quæ marito suæ
conditionis nuperat, trecentas libras Turonensium dotis no-
mine numerari iussit, hæc conditione, ne quid unquam am-
plius peteret. Habuit & nepotem clericum: quem ubi compe-
tit res præbendas (ita enim canonicos vocant) habere optio-
nem facere compulsi, ut quam vellet, ex his retineret, duas re-
linqueret. Verum instantibus amicis, ut non solum, quæ ha-
bebat, nepoti dimitteret, sed majora, & plura tribueret: re-
spondit: Se Deo, non autem carni, & sanguini acquieturum.
Deum ita velle, ut sua in piis causis erogarentur: nec esse
dignum Petri successorem, qui plus cognationis, quam pietati-
tis, & Christo tribueret. *Platina.*

MARTINUS V. pontifex in dandis beneficiis mira pruden-
tia usus est. Quare supra. Honores sacre religionis distribuiti.
Eusebius erat Sacerdos eruditus præter omnem expectatio-
nem ad Episcopatum. Affines tam insperata ejus fortuna
exultantes, non magis officii causa, quam emolumenti spe
ad congratulandum confluebant: alter nepotem, alter pa-
truum, alter fororium se esse dicitantes. Ille verò ab illis
C serio perquirens, quot annos illi essent, cum ætatem sin-
gulorum observasset. Et quid hoc monstri esse, inquit,
trium dierum spatio toti mihi: amicos natos esse, qui nudius
tertius à nemine vestrum agnoscebatur? Ceterum cum Episco-
pi amici esse velitis, qui sacerdotis esse renuistis, sic ha-
betote: sacerdotem vestro desiderium auxilio divina ope ad
Episcopatum promotum esse, Episcopum verò Melchisede-
ci exemplo absque patre, & matre factum, nullos privatos
agnoscere amicos: nec pietati religionique consecrata bona
in consanguineos transfundere. Utinam multi hoc exem-
plum imitarentur. *Jean. Pavlus in Spudopædia.*

ADRIANUS VI. Pont. difficulter cognatos ad beneficia
provehat, non quia eis candidè non faveret, si aliqui
idonei fuissent, sed quia, ut dicere solebat, ædificare in
Sion in sanguinibus nollet, hoc est, quia in sacris respicere
necessitudo natura nollet, ut quæ ibi locum non haberent.
Quiniamodò in iis, etiam in paribus doctibus, alienorum po-
tius, quam suorum rationem habiturus videbatur. Proin-
de literis magnatum quorundam inferioris Germaniæ sollici-
D tatus, ut quendam propinquum suum adolefcentem, &
forma, & ingenio præstantem, qui tum magister Philosophiæ
creatus, studia aliorum Lovanii sequebatur, galero cardi-
malio ornaret, ad more solennium aliorum Pontificum, ne-
quamquam voluit. *Audior vita.* De eo similiter *Jovius:* Ha-
drianus erga propinquos usque ad notam naturæ subagressis,
durus, & liberalis fuit: ita ut patruelis ut filium senæ Echn-
sæ in gymnasio literis operam navantem, quod Romanæ ne-
quamquam vocatus intermissis studijs venisset, con-
fessum merito equo impostum remisit, levitatem animi
identidem obiectans: & severe admoens, ut ab se mode-
stia, & temperantia exemplum opportune desumeret. Alios
quoque nec remoto quidem affinitatis gradu necessarios, cum
spe celsioris fortunæ & Germaniæ pedibus Romanam venissent,
mirum in modum increpare, donatoque singulis sagis li-
neis, & frugi viatico, pedibus similiter in patriam redire
iussit. Quarum rerum testimonio superiorum Pontificum
profusam liberalitatem erga propinquos, uti gravem, pernici-
osamque Reipublicæ, detestari erat solitus.

Venerant ad agrorantem Hilarionem de Papho multi reli-
giosi viri: & maximè quod eum dixisse audierant, jam se ad
dominum migraturum, & de corporis vinculis liberandum.
Eos ille omnes adjuravit, ut ne puncto quidem horæ post
mortem referretur, sed statim cum in eodem horulo terra
operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicica, & cuctella, &
sago rustico. Jamque modicus calor tepebat in corpore, nec
præter sensum quicquam vivi hominis supererat, & tamen
aperitis oculis loquebatur: Egredere, quid times? egredere ani-
ma mea, quid dubitas? septuaginta prope annis servisti Chri-
sto, & mortem times? in hæc verba exhalavit spiritum. Sta-
timque humo obrutum, antè urbi sepultum, quam mortuum
nunciaverunt. *Hieronymus in vita Hilarionis.*

AVERTENDIS. DEFENDENDO,
TUENDO, DEPRECANDO,
Intercedendo.

Cum Hieremiam prophetam Joacimus rex Judæorum,
hortantibus proceribus, interficere vellet interficere pro eo
tum alii, tum præsertim Ahicam Saphanis F. Hieremie 26.
Ea propter urbe à Nabuchodonosore everfa, sub Sedecia re-
ge; Godolias Ahicami F. boni parentis optimi filius noli-
quis nobilibus cæsis, conservatus, & à rege Nabuchodonoso-
re reliquis Judæorum præfectus, *Hieremie 39.*

GAMALIEL phariseus, tyrannidem pontificum execratus,
dedit bonum consilium pro Apostolis: Si ex Deo est illu-
rum doctrina, impium erit illam prohibere: si non est, flu-
tum, cum suapte sponte fit propediem peritura. *ad Rom. 5.*

FELIX Judæa procurator, sub Nerone sacerdos, quendam
viro honestos, & bonos ob levem quandam culpam vir-
dos, Romanam misit, a quibus causam suam apud Cæsarem
Josephus Matthia F. historicus clarissimus, audiens eos,
ne in calamitate quidem constitutos curam pietatis omittet,
& sicis, ac nacibus vitam sustentare, venit Romanam multis in
mari exhaustis periculis. Mersa enim nave in medio mari
Adriatico, circiter sexcenti per totam noctem natantes,
diluculo demum Cyrenaicam navem conspicati, obstru-
ta ferè felice usinatu, in eam recepti sunt. Ita ser-
vatus Josephus, venit Puteolos, & familiaritatem contra-
xit cum Alituro mimorum adore Judæo, qui Neroni carus
erat: per quem ubi Poppeæ uxori Cæsaris innotuit, con-
fessum per eam impetravit absolutionem sacerdotum. *Josephus
in sua vita.*

In gravi illa persecutione sub Trajano Plinius Secundus,
qui tum provinciam gubernabat, misericordia ob multitudi-
nem interemptorum motus, ad Trajanum scribit: Innumera
hominum millia quotidie obtruncari, in quibus nihil omnino
sceleris deprehenderetur, aut aliquid, quod Romanas leges
offenderet, nisi hoc solum, quod antelucanos hymnos Chri-
sto cuidam canerent Deo: adulteria verò, aut hujusmodi cri-
mina apud eos illicita haberi. Ejus scripto permotus Trajanus
rescripsit, Christianos quidem non esse requirendos, oblatos
tamen punire oportere. *Platina.*

Apud Antoninum Pium Justinus Martyr, & Melito Sar-
denfis Episcopus, apud Antonium Verum Melito-iterum, & H
Apollinarius Hierapolitanus Episcopus, & Athenagoras phi-
lophilosophus: sub Decio Tertullianus contra Scapulam, & Cy-
prius contra Demetrianum præfectum causam Christiano-
rum publico defendere scripto.

Cum Hadrianus Athenis hycem agens, symmythesque
Eleusine omnibus penè sacris initiatus, occasione favendi
in Christianos dedisset: Quadratus Apostolorum discipulum
librum Hadriano porrexit de honestate religionis Christi-
anæ compositum plenum fidei, & rationis. Idem fecit Aristides
Atheniensis philosophus, sub pristino habitu Christi disci-
pulus volumen nauque nostri dogmatis rationem continens,
eodem tempore, quo & Quadratus, Hadriano principi obtu-
lit. Quintianus Serenus Cranius Afz minoris proconf-
litis intercessit pro Christianis. His autem apologeticis li-
bris factum est, ut Hadrianus injustum fore exitum, &
Christianos in diæta causa ubique occidi, Minutio Fundano
Aliz proconfuli scripsit, neminem occidendum, nisi de
accusatore, & crimine constaret. *Platina.*

CONSTANTINUS Chlorus, in Diocletiano & Maximiano Imp-
truculentissimis succedens, princeps humanissimum nullum
Q 99 2 contra